

*image  
not  
available*



HELENÆ AVON  
ESTATE DUCISSE  
EX LIBRIS





BIBLIOTECA  
S.A.R.  
DUCHESSA HÉLÈNE D'AOSTA  
CAPODIMONTE

L.C.

XIV

76



SCAPIS

GUILINI

REPUB

MAGIST

ATHEN

E

AN. B  
Principe

ASTON

Defensio P  
aria, G  
Gra

LUGD  
hosci

SH2713

GUILIELMI POSTELLI

D C

REPUBLICA,

Seu

MAGISTRATIBUS

ATHENIENSIMUM

Liber.

Ex Musao

JOAN. BALESDENSI, I<sup>o</sup>  
Principe Senatu Advocati.

Accessit

ANTONII THYSII IC.

Discursus Politicus de eadem ma-  
teria, & Collatio Atticarum  
& Romanarum le-



EUGDUNI BATAVI  
Ex Officina JOANNIS MATTHEI  
1610 GXLV.

CHRIST

T

Unif

OD

Salt



Hendri

Nobilissimo Magnificoq;  
Viro,

CHRISTOPHORO  
THYSIO

Illustrissimo BREDE-  
MODO à consiliis,

Eiusdemque

Saltuum Præfecto,

Cognato suo.

 Vm nuper, Amicissime Cognate, in suburbano vestro splendidissimo una fre-  
(?) quen-

quentes essemus, dici vix  
potest, quanta cuncta-  
rum rerum voluptate im-  
bueremur. Quem enim  
non capiat tanta oblecta-  
tionum varietas? Hic  
lacus piscium capacissimi  
aquaſ leniter eructant,  
hic fontes ſalientes, hic  
recta illa in immenſum  
porticus veluti arborum  
ſylvis horrida, alibi ite-  
rum latiſſimis pratis arva-  
ſe diffundunt & pates-  
cunt, hic theriotrophia  
Romanorum operum æ-  
mula, hic venationis amœ-  
nitas,

nitas, hic horti iucundissimi, hic arbores sub ponderibus fructuum gementes & inextricatus ille labyrinthus cerasis confitus, hic tulipæ cæterique flores premium coloris sui mirantur, atq; oculos præstringunt, hic Cæsarum aſſabre factæ statuæ capita sua erigunt, & veluti consortiū nostrū admittunt, hic Apollo cum Mūſis Organa sua movet, hic aëris inclemētia propinquis collibus arcetur, hinc deniq; vicinum mare Oceanum

prospicere licet, & ve-  
la navium modo premi,  
modo surgere. Ego qui-  
dem ubi in hoc vestrum  
prætorium primo veni,  
serenior mihi animus cu-  
risque vacuus, & veluti  
à meditationum studio-  
rumque nostrorum flucti-  
bus me in ipsum volu-  
ptatis portum recepisse  
videbar. Accedebat & iux-  
cunda vestra familiariti-  
tas, & necessitudo no-  
stra, accedebat virtu-  
tum vestrarum florentis-  
sima corona, quæ o-

mnem

mnem nostram voluptatem mirum in modum auxit. Otio autem nostro , quod ne ipse quidem ignoras , ita usi fui- mus , ut semper essemus in negotio. Otio , ut inquit ille , qui nescit uti plus habet negotii , quam si sit negotium in nego- tio. Itaque modo ver- sus effudimus impetus quodam , modo severiori- bus studiis , quantum ani- mi nostri pati paterat relaxatio , nos addixi- mus. De Republica po-

(?) 4 tissi-

etissimum Atheniensium, sparsim quædam annotavimus, & in chartam consecimus, quæ quia integer tractatus Gulielmi Postelli Viri eruditissimi eadem de materia in lucem prodibat, iusto operi adiecimus, collationemque legum Atticarum & Romanarum instituimus. Hæc quia pleraque in fundo vestro nata, etiam tibi prædii domino deberi existimabam. Accipe itaque hos fructus nostros forte adhuc immatu-  
ros

ros & austeros, ita tamen  
comparatos, quantum pu-  
to, ut palato vestro non  
futuri sint insipidi. Si  
quid boni invenies, vestro  
horto, iucundissimæque  
illi pergulæ, quæ ad lacum  
deducit, adscribas velim,  
si quid mali, crassiori meo  
cerebro. In hortis ut pluri-  
mum antiquos philosophatos fuisse nemo igno-  
rat. Quam egregiæ sunt  
illæ in Tusculano suo M.  
Tullii Ciceronis lucubra-  
tiones? Quis non minus  
horrendam mortem existi-  
(?) s mat,

mat, cum de contemnenda  
morte differentem Cicero-  
nem legit? Quis non dolo-  
ri modum ponit, ægritudi-  
nem & perturbationes a-  
nimi temperat, denique  
virtutem & vitam beatam  
menti suæ imprimit, cum  
disertissimus Romanorum  
tanta maiestate & venu-  
state animos nostros per-  
cellit? Hæc tamen omnia  
Tusculanum prædium di-  
ctavit. Quantum tribuen-  
dum putas Senecæ hortis,  
qui sapientia turgens ubi-  
que suas vibrat sentētias?

Cuius

Cuius quidem ego statuam  
quoties in prædio vestro a-  
spexi, aspexi autem sæ-  
piissime, vultu suo stulti-  
tiam humanam increpare  
videbatur, & ad augustinis-  
simus sapientiæ templum  
nos velle deducere. Indi-  
gnabar itaque Neroni, cu-  
ius & hic conspicua effi-  
gies, quod tantum virum  
morti aliquando tradidis-  
set. Vno verbo dicam beati  
suimus iucundissimo hoc  
secessu, dum animus sui li-  
ber nullis curarum astrin-  
gebatur vinculis, sed sibi  
solī

soli incumbebat, nulla hic  
ambitio fores nostras pul-  
sabat, nullæ æmulatiuncu-  
læ, quæ inter illos qui li-  
terarum castra sequuntur  
non semel moveri solent,  
mentem cruciabant, nulli  
alii affectus cogitationes  
distrahebant, sed Apollinē  
Musis suis cinctum, quem  
vidimus, nisi fallimur, in  
hæc loca migrasse, & pro  
Parnasso vicinū montem  
elegisse, identidem solici-  
tabā. Quam decēs & gra-  
vis incessus fuit Apolli-  
nis cithara insignis, qui  
nitor,

nitor, quæ gratia Musa-  
rum! Idem omnino specta-  
culum descripsit Deside-  
rius Erasmus, in Epitha-  
lamio Petri Ægidii proa-  
vi nostri, viri nobilitate &  
literis illustris, cui in Vto-  
pia venustissimo opere sū-  
mas ingenii laudes Tho-  
mas Morus Angliæ Câcel-  
larius concessit. Sed tēpus  
ut manū de tabulatollam,  
ne incertā Apollinis Mu-  
sarumque incidam indi-  
gnationem. Accipe itaque  
hæc qualiacunque dulcissi-  
me Cognate, & expecta a-  
liquan-

do totum syntagma de An-  
tiquorum Rebus pub. quod  
iam in procinctu habe-  
mus. Deus Opt. Max. te  
tuamq; familiam diu in-  
columem conservet, atque  
omnia fausta concedat.  
Vale. Datum Lugd. Ba-  
tav. Anno cIɔ Iɔ cXLV.  
mense Septembri.

Vestri studiosissimus  
Cognatus

ANTONIUS THYSIUS IC.  
& in Acad. Lugd. Professor.





GVILLELMVS POSTELLVS

GUIL. POSTELLUS  
MATHEMATICVM  
ET  
PEREGRINARVM  
Linguarum Regius  
Interpres,

GUILIELMO POYET.  
*Galliae Cancellario*  
S. P. D.

MULTIS nominibus  
sum adductus, Cان-  
cellarie equissime, ut  
hac tenuitatis inge-  
nioli foeturam, qua (ut parenti-  
bus prole) nil mihi in hac vita  
charius, nil dulcius esse potest,  
tibi dicare. Primo, ut in amici-  
tia hoc parvo quidē, sed magno  
labore composito & collecto

A 3 ope-

## 6 E P I S T O L A

opere, me tibi respondere ostēderem, qui singulari benevolētia me incogitātem fovere cōpēris: ut quum authoris curam susceperis, etiam eius in literis diligentię testimonium habeas. Alterum est, ne ingrati animi notam, qua nil turpius, nil ab humanitate alienius esse debet, desidia, atq; tuorum in me meritorum silentio subirem. Tertium, ut meum de magistratibus opus, meo nomine parum faltum, auctoritateq; destitutum, eum adiret patronū, quo nec auctoritate maior, nec prudētia rerumque cognitione ac usu assiduo superior, magistratum vero creandorum emendandorumve nullus peritior, in ipsis autem viros optimos idoneosque deligendo nullus esset exactior: cuius auspiciis & in publicum prodiret, & authoris tenui-

NUNCUPATORIA. 7

tenuitatem sarcire atque compensare posset. E diverso vero dicare tibi iampridem illæ occupationes vetuerant, quibus tantum non obrueris. In te enim quum totius Gallicæ reip. molem incombere atque quiescere viderem, à te e qui bonique fontem expeti, diu manare, leges per te conservari, restaurari, vigerere, mille libellos tibi legendos, prodādos, &c, ut sic dicam, cancellādos, causas innumeras audiendas, te iudiciis prescribere, te unum afflictis succurrere, &c, ut semel finiam, quemque ad æquitatem inter mortales conservandam faciunt, te administrare cernerem: prefecto vehementer terrebar, atque, apud me res eiusmodi perpendens, dicebam: Qui poterit superesse tuis. legendis tempus? oleum & operam perdis. ne in-

8 E P I S T O L A

spicere quidem licebit. delituisse  
præstiterit. Verum in hoc  
animi fluctu vicit timorem bene-  
merendi ardor: statuque po-  
tius, dum ea quæ ab officio meo  
non abhorrent, persequor, mi-  
nus opportune me ingerere,  
quam quiescendo tibi animum  
in te meum non significare. Ani-  
mi non parum ad eam rem fe-  
cerat Budæus, quo, quandiu  
vixit, nunquam in hoc summo  
honorum quo es insignitus cu-  
mulo participando carere potui-  
sti; cuius mortis acerbitatem ut  
lachrymis copiosissimis ac con-  
tinuo mœrore testatus, ita ma-  
ximum illius nomine favorem  
eius liberis, patre quidem di-  
gnis, exhibes, locoq; patris es.  
Auxit & Lazarus Bayfius, vir  
quidem certe omni bonarum  
doctrinarum cognitione, atque  
utraque literatura apprime or-  
natus,

N U N C U P A T O R I A . 9

natus, cuius eam ob rē assiduo  
convictu & literatis colloquiis  
quotidie uteris. Id suasit Chry-  
foreus noster, cuius in literis  
magnas animi dotes præmio  
digno ornandas censuisti, cura-  
stiq;. Nolo hic attingere, (quod  
me potissimum incitare debe-  
bat) quo præclara ingenia eve-  
xeris, & contra, quo fucata, fa-  
voreque atque ambitione nixa,  
veluti reip. incommoda, ab usu  
fori & iudiciorum repuleris.  
Taceo quam honorifice de do-  
ctis omnibus & probis sentias,  
loquare : quod noctes totas,  
quum interdiu non liccat, me-  
moriā illam, qua nec Simoni-  
des nec Mithridates fuit supe-  
rior, in omni disciplinarum ge-  
nere ira exerceas, ut facile ipsa-  
rum professores vincas, inque  
admirationem trahas. Me vero  
vehementer permovere debe-

A s bat

eo E P I S T O L A  
batilla tua solicitude qua in no-  
stris salariis nobis repræsentan-  
dis, quum aulam ea de re secta-  
rer, usum te sciunt omnes. De-  
bebat præterea (nisi te alio ut-  
gentiores curæ rapere quoti-  
die) studium illud tuum, crebra-  
que apud regem commemora-  
tio de trilingui Collegio, com-  
muni Regiæ liberalitatis atque  
in literas animi testimonio, &  
regiorum professorum nomine,  
ædificando, deque proventu &  
salario tege digno constituен-  
do. Quum etiam viderem, rem  
literariam, unicum futuræ vir-  
tutis seminarium, abs te veluti à  
suo fonte pendere, promanare-  
que ab ea quam de te concepit  
spe, non tamen me confirma-  
bant ista omnia, nisi Gabriel  
Bovetius Andium pontifex, tibi  
ex sorore nepos, in cuius clien-  
selam etiam me adscriptum vo-  
luisti,

NUNCUPATORIA. xx

luisti, me pene continuis convitiis omnino egisset diversum: cui sane ut obsequar, præter amicitiam & illius singularis virtus & integritas facit. Mei itaq; magistratus tuum adeunt patrocinium. Meos enim cur etiam non appellem, qui iam totos mille annos ipsis Græcis peculiari opere desiderati, Latinis nunquam visi, à me una & instaurationem & nascendi habent principium? Græca quidem ex quibus verti, antea adscripsoram: verū omittere partim ideo fuit consilium, ne eandem sententiam bis percurrere lector cogeretur, neve libri molles duplo excresceret: atq; quia Latinis scribebam, visum est tantum Latina è Græcis versare. Satis porro suma habitus, meque maximum operæ precium fecisse credam, si nostra

22 EPIST. NUNEUP.

stra vel semel abs te lecta tuis  
gravissimi acerrimique iudicii  
censuram accipient, in quiete tute-  
lam tuam recipientur, atque  
clientuli animum de te bene  
merendi cupidum tibi signifi-  
cabunt. Valc.

IN

MAGIS

ATH

PR



IN

metari  
sententia  
antiquit  
quam ex  
rito sane  
dinturni  
bu. Co.  
experire  
bonitus  
disciplin  
lo, ita  
insuis +  
guitatu

IN LIBRUM.  
DE  
MAGISTRATIBUS  
ATHENIENSIMUM  
P R A E F A T I O.

**P**RÆCIPUA antiquorum omnium, quicunque de rebus humanis præclare aliquid commentari aut tractare voluerunt, sententia consuetudoque fuit, ut antiquitatem ob oculos sibi tanquam exemplar proponerent: merito sane rati ea ratione maiorem diuturnitatem suis adferre operibus. Constat enim nimis crebro experimento, sine magna illa cum hominum tum rerum publicarum disciplina, institutione &c exemplo, ita infeliciter versatos fuisse in suis tractationibus, qui antiquitatis contempserent placita, ut qui

## 14 P R A E F A T I O.

qui in tenebris ea conati sunt ope-  
ra exequi qua lucis potissimum  
adminiculo absolvuntur. Vnde  
egregii rerum humanarum au-  
tores & instauratores, ut secula  
semper proficere ostenderent, ea  
que paucis & simplicissime dicta,  
scripta, factave à maioribus  
erant, voluerunt aut laudando  
probandoque extollere, aut adden-  
do amplificare, aut quadam ad-  
iuncta diligentia magis illustrare  
& absolvere. Quum enim una  
origine olim producti, aut ab illu-  
vionum conflagrationumve peri-  
culo servati homines essent: neces-  
se fuit, post iustum in primum ha-  
bitatis locis acceptum incremen-  
tum, eam hominum multitu-  
dinem illic natam, cui regio illa  
nataleque solum alenda & impar es-  
set, illam inquam multitudinem  
in varias traduci colonias: idque  
diu post suæ originis tempora. Sic  
vero dispersos homines sensim ita  
adole-

adolevisse, ut congressu multuo, &  
astutia, (qua ab asty, i. civitate,  
dicta est) cultioris vite usum  
paulatim reciperent, credi par est:  
quum iam scilicet illorum vix  
nomine famave noti maiores, con-  
versationis assiduitate vitam in-  
duerant docuerantque humanio-  
rem. Conversationem enim &  
crebrum hominum concursum,  
omne vel ferociissimum hominum  
genus reddere mansuetius, nemo  
facile negaverit, cui recta adfit  
ratio. Nam quis dubitet, quin ea-  
dem ratione loquela, artes, ipsa-  
que comparatu difficillima virtus,  
demum rerum omnium verisimi-  
litudo, (quum verum ipsum in  
occulto mortalibus lateat,) sum-  
ma indagine sensim inter morta-  
les adoleverit, eo modo quo perpe-  
tuo sibi constantis naturae opera  
solent lentius consurgere? Porro-  
ubi aliquid incrementi in qua-  
cum solo acceperit, iam illam  
trans-

transplantari contingit, atque ita  
ad exterios, vel commercio tantum  
familiares, rerum assiduo usu ab  
his passim ad alios trāscunte, mi-  
grare certum est. Quis enim non  
credat opus fuisse, ad leges conden-  
das, & virtutem ob oculos revera-  
ponendam, longissimo tempore,  
quum illam ipsam vitii loco ha-  
beri apud multos certum sit, ut  
contra, vitium illius loco substi-  
tui, etiam passim vulgares quum  
principue videat, insolitorum faci-  
norum authores, artium instru-  
mentorumque inventores, passim  
celebrari, & mortalium numero  
eximi, quod scilicet in vita vel  
artis appendicem reperissent. Inde  
deorum & falsa persuasionis orta  
colluvies. Maxime itaque patet,  
secula semper proficere, (nisi vis  
providentia nobis contra huma-  
num iudicium utilissima, bello,  
fame, peste, aut insolita ruina an-  
tiquitatem totam literis & ho-  
minum

minum memoria commendatam  
deleat, & superstites principia  
quædam humilia agere doceat,) )  
inque dies humanae cognitioni  
quicquam addi. Quibus rationi-  
bus adductus Plato, emendanda-  
rum legum summum remedium  
scriptum reliquit, si videlicet om-  
nibus seculis ( quibus vel præstan-  
tissimas mortalium corrumphi, ho-  
minumque fraude & versutia  
inverti certum est ) omnium aut  
saltem præstantissimarum rerum-  
publicarum leges moresque in u-  
num conferrentur, ac una virtu-  
te duce & arbitra per prudentes  
viros ex singulis sumeretur quod  
ad mutuam omnium emendatio-  
nem faceret, unumq; corpus mor-  
bo vacans componeretur: id ea  
sententia judicans, quod proban-  
dum suscepseram. Res enim è ma-  
gis est vegeta, quo altius egit ra-  
dices. Ut igitur illa imitatione  
stiam ego aliqua in re prodeesse

## 18 P R A E F A T O.

Reipubl. conarer, volui è priscorū monumentis erutam præstantissimam rerum publicarum imaginem, Atheniensium politiam, in manus hominum dare: cuius et si exacta comparatio cum nostra propter diversam monarchia & democratis administrationem fieri non poterit, spero tamen futurum ut hinc aliquod remedium ad eius emendationem desumi possit. Atque non tantum leges Atheniensium à Romanis expectatas fuisse me ostensurum spero, sed & divisionis populi, & magistratum exempla inde sumpta, clarissimis argumentis me demonstraturum confido. Quia vero exemplis res humanae, ut sentit Plato, aut conservantur, aut instaurantur: non tantum comparatione rerum nostrarum sum usus, verum Romana, quandoque Veneta, non raro Turcica, quas ipsis in locis diligentissime perspectas habui, com-

para-

## P R A E F A T I O . 19

parationes adducere visum est: aliquoquin Turcicam diligenter lingua Gallica conscriptam, Francisco Valesio Galliarum regi praestansissimo, & Margaretæ illius sorori, dicavi duobus libris: in quorum primo qua ad religionis persuasione & ceremonias attinent, ad que iurisdictionem: in secundo, de magistratibus & regio consu ad minima usque tractavi. Romanam & Venetam non pauci scriptam reliquere. Hæc nostra si minus absolute tractata prodierit, nemo equus alieni laboris astimator mirabitur, quum ire per extentum huiusmodi funem primus tentaverim, remque deperditam pene ab inferis revocaverim. Ad ductus porro sum in hanc tractationem, librorum, quos de ea inter ceteras res publicas scripseras Aristoteles, desiderio, quum nil eius operis præter crebras apud varios authores citationes exta-

re iam ante milie annos compe-  
ri. Vnde non ex ipso authore,  
prater pauca, sed ex Demosthe-  
ne, Aeschine, Isocrate, Libanio,  
Vlpiano, Demosthenis interprete,  
Polybio, Plutarcho, Harpocratio-  
ne, & eius nota authoribus,  
visum est Latinis potius male  
latine tradere, quam tanta mea  
diligentia fraudare cui sum na-  
tus reipublicam unica minus  
tersa dictionis compositave ora-  
tionis opinione. Per me igitur  
præstantissimam reipublica spe-  
ciem, operis præstantissimi in-  
stauracionem, accipient litera-  
rum Græcarum candidati, qui-  
bus ista scribimus: ex qua non  
parvam lucem accessuram eius  
lingue difficultati spero. Nullum  
enim antiquitatis monumentum  
potest exacte cognoscere, qui reip.  
administrationis partes non co-  
gnoverit. Sed de populo dicere ag-  
gredior.

GUiliELMI POSTELLI

De

# REPUBLICA

*Seu*

MAGISTRATIBUS  
ATHENIENSium  
Liber.

*Ex Museo*

IOAN. BALESDENs,  
in Principe Senatu Advocati.

C A P. I.

*Do Populi Divisione.*

**A**THENIENSES, qui & *αυτοχθονες*, id est, indigenæ nuncupari altius referendæ originis gratia gaudebant, tribus

B 3 distin-

## 22 DE REPUBLICA

distinctos suisse nominibus,  
scriptum non pauci reliquerūt.

Inter illos enim erāt *πατριάρχαι*,  
*κλημέντες*, *δημιουργοί*. Primo nobilitas, ut Romæ patricii, appellari volebat. Geomori erant rusticī, ita dicti, quod illis iā pridem pars aliqua agri Attici ad colēdum cessisset. Artifices, qui artes mechanicas & mercimonia in urbe exercebant, tertio vocabulo vocari solebant. Significabat & demiurgi vox, præter sellularios, & eos qui vi toribus artibus victum sibi parabant, etiam id munus quod Romani Publicanum vocant. Iis qui erāt aut ætate aut honoribus maiores, inter cæteros dicebantur demogerentes, quasi Senatores, quibus à popularibus præcipue summa deferebatur authoritas. Primū alioqui nō in ē *αὐτοχθόνοι*, non populi fundis eut civitate donati fuit, sed illo-

rum, quorum maiores communi omnium consensu tantum Athenis vixisse, nec aliunde originem traxisse assereretur. Ambitionis itaq; illius gratia ~~σύμμαχοι~~ vocabantur populi fundi. Qui autem ex tribus unius parte tertia, (quæ quo<sup>t</sup> essent, statim aperiam) ~~σύμμαχοι~~, id est, (si verbum licebit fingere) collactanei dicti sunt. Suprema literarū memoria illa nomina servavere, donec sibi factionum nomina, unde pestis deterrima & rerum publ. & popularium oritur, sibi fecere, quo tempore adhuc ~~ἱψης~~ magistratum à Dracone primo Athenis legislatore institutorum oligarchia regebantur. Erant vero hæc nomina, ~~πεδίαροι~~, ~~σιδηροί~~, ~~πάτεροι~~, ~~ἰκτυρόεροι~~. Illi ut solidiores in reipubl. opibus favebant oligarchiæ, paucorum videlicet potentiarum diacrii popu-

24 DE REPUBLICA  
larem flagitabant administrationem, iniquo animo, potentiores in republica primas partes obtinere, ferentes. parati pro rerum fluctu modo huic, modo alteri factionis parti studentes, sibi & aliis viam ad libertatem impeditam reddebant. Interim omnis iniurię fluctus in miserios hec memorios reducabant. Erant enim ita appellati tenuiori fortuna homines, quod potentiorum tyrannidi sextam suarum rerum partem quotannis perdere cogerentur. Fiebat itaque (quod semper in simili rerum statu evenit) ut summum jus summa esset iniuria (ut in parte corporis male affecta solent aut vitiosi aut nimii humores incumbendo dolorem augere) in miserorum civium & favoribus destitutorū caput procumbens. Ut autē cognosci possit, & velut ob oculos poni populus Athenien-

theniensis: ut præterea constet,  
quam vigili cura , quamq; acri  
magistratum ingenio ad ilium  
in officio retinendum opus fue-  
rit, visum est illius ingenium ex  
Polybii libro sexto depingere.  
Fuit ( ait ) populus Atheniensis  
perpetuo navibus navarcho de-  
stitutis similis. Qum enim in  
ipsis aut propter hostium terro-  
rem, aut hyemis sævitiam , ani-  
mi affectus classiariis imperave-  
rit esse animo simul concordi,  
atque parere navarcho, tunc sit  
ab ipsis nautis officium diligen-  
tissime : sin quadam securitate  
semel inceperint duces conte-  
mnere , ac invicem movere sedi-  
tiones, ( ob id scilicet quod sunt  
diversa omnes sententia ) tunc  
his adhuc navigare cupienti-  
bus, illis portum petere gubern-  
atorem cogentibus , deformis  
quædam rerum facies intuenti-  
bus appetet ob seditionem &

litem inter illos obortam, his  
scilicet rudentes ac vela contra-  
here, illis è diverso laxare vo-  
lentibus: sociis vero & naviga-  
tionis consortibus ingens im-  
minet periculum. Unde non  
raro ubi magnas pelagi procel-  
las atque hyemes sevissimas ef-  
fugere, in ipso portu impingunt,  
atque adeo prope ipsam terram  
naufragium faciunt. Quod sane  
iam sapienter reipubl. Athenien-  
sium contigit. Superatis enim  
maximis gravissimisq; pericu-  
lis, quum propter populi, tum  
propter magistratum ducum-  
que virtutem, in facillimis, nul-  
lique adversè fortunè rebus ob-  
noxiis temere est periclitata.  
Quamobrem de hac amplius  
dicere non licet, in qua, turba  
rerū summam habet quodam  
irrationabili impetu, illo animi  
libidine conducto & instructo,  
ardore & vehementia impulso.

Hacten

Hactenus ille. Qui res illorum aliquando perspexerit, apposita admodum comparisonem Polybium scripsisse videbit. Verum ad motus factiosorum reprehendendos est redeundum. Illi certe ob tam diversas partes & sententias non poterant aliter quam monarchia, aut uno capite, quod tam disparia regeret membra, componi. Omnium ergo consensu, & principue popularium, ob vitæ insignem integritatem, quodque gravationi populari nunquam cōsensisset, Solon est ad hoc munus delectus: quam provinciam, periculi plenam, acriorisq; exitus, homo integrissimus suscipere his verbis tenuit. Dum tyrannidem in patriam exercere refugio, dum vim mortalium nemini infero, quem, laedere quod mihi aut minuere possit honorem, nil admisi, sic video mihi facile omnibus

28 DE REPUBLICA  
bus absque tyrannide superior.  
Hæc Plutarchus. Qum vero  
rideretur à multis quod illam  
renuisset dignitatem, quam ple-  
tique favore, precibus, atque  
amplissimis muneribus ambi-  
rent, subiunxit.

Οὐκέφυ Σόλων Ραθύπρων ἀδειάζεις  
λείπεται.

Ἐθλὰ τοιούτους, αὐτοὺς εἰ-  
δεξαστεῖς.

Ποιεῖσθαι τοιούτους, αἴτανοι  
σπαίει μίγα δικτυον,  
Θυμῷ δὲ αμφοτέρῳ καὶ φρενῶι διπ-  
οραλεῖς.

Non est Solon magna prudētia  
aut cōsilio homo. bona enim  
Deus qum dedisset, is non ac-  
cepit: intuensque, & prædam  
miratus, nō traxit ampla præda  
refertum rete, animi & mentis  
inops. Quanvis tamen monar-  
chiam recusarit, noluit despera-  
tæ pleneque deploratæ reipub.  
decere: verum, qua arte valebat  
pluri-

plurimum, consilio prudentiae  
que illam levavit, primumque  
~~στράχθειας~~ id est, oneris, quo te-  
niores à potentioribus preme-  
bantur, excussionem ex cogita-  
vit. vox illa ἐκ τῆς οἰκητῆς αὐχήσεως,  
id est, ab excutiēdo onere dicta  
est. Per eam æs alienum à pau-  
peribus ad oppignerata usque  
servituti corpora factum, disso-  
lutum est. Sanxit vero ne lice-  
ret ulli ob usuras ius in corpus  
habere. Multi credunt, illam  
~~στράχθειας~~ fuisse debitorum o-  
mnium recisionem. unde illi,  
quibuscum legem illam ante-  
quam promulgaretur commu-  
nicasset, dicti sunt ~~χειροτίσιαι~~,  
id est, eris alieni recisores, quod  
maximum fecerant à quo de le-  
ge sancienda audiverant. Ha-  
buere vero id nominis, quod  
nulli amplius fecissent, quodq;  
in legis & creditorum fraudem.  
Volunt alii, ut tenuiori fortuna  
ho-

## 30 DE REPUBLICA

homines possent ære alieno liberari, auxisse per sisachthiā pecuniae percussæ preciū: ut quod ante sepruaginta drachmis mutabatur, idem centum minis postea æstimaretur: & secundum vetustā rationem persolverent. At neutra ratione videtur per se sine altera tolerabilis. fuisset enim *χρεωκοπία*, id est, alieni aeris recisio, creditoribus tā ingrata, quā grata & optanda pauperibus: unde illud non extinguere sed alere incendium fuisset. Incrementum vero minarum adiectarum non potuisse satis esse tenuioribus ad persolvendum. unde utrung; una instituisse credi par est, ut divitibus cresceret, quod à pauperibus recuperare per legem non poterant. Ipse vero primum ut legē à se incipere cæteris legislatoribus ostéderet, de suo sex talenta auri, quæ quadraginta quinque

quinque millia aureorum nostratum proxime reddunt, remisit. Sub ipso autem rerum innovandarum tempore ( solet enim omnis mutatio vel utilissima ægre admitti) lex lata non statim placuit: (divites enim secum inique actum contendeant: pauperes Attici agri more Laconico expectabant:) tempore tamen procedente, & perspecta pace ex sanctione comparata, usque adeo omnium est iudicio probata, ut sacra instituerent hisachthiæ nomine. Paulatim ergo compositis rebus, cavendum more medici optimi statuit, ne rursus in eandem calamitatem inciderent, compositis singulis pro cuiusque dignitate membris. Primum itaq; populi censum æstimandum duxit, ut quisque pro suarum facultatū modo (si adesset vite innocētia) dignitatē in Rep. assequi posset,

nul-

## 32 DE REPUBLICA

nulla habita plebeii aut patricii ratione: id tamen preçavendo, ne ulli potentiorū, qui tunc in magistratu essent, invito se abdicare liceret. Facile itaque hoc temperamento summos imis coniunxit, & è diverso. nec enim antea licebat plebeio magistratum administrare. Quatuor ergo, ex census ratione, populi partes fecit, πετακοσιομεδίμυντος, iωπῆς vel πετακοσιομεδίμυντος, ζεῦπης, & δημαρχος. Modiis quingentis censebantur primæ dignitatis. Modium vero de solo in quo possis modium ferere, dici Varro his verbis ait: Iugrum, quod quadratos duos actus habet. Actus quadratus, qui & latus est pedes 120, longus totidem:is modius & mina latine dicitur. Medimna Cicero vocare solet, quorum in quolibet ferri, ut mensuta Parisiorum, sex modii solent. Is erat primus census.

census. hi erant post senatoris ordinis viros primo in honore. Patricii autem solebant in ἑφάσιον εἰλιγί αὐτούς eligi antequam Ariopagiticus senatus à Solone institueretur. Munus pentacosio-medimnorum erat, quum urgebat necessitas, aliquid reipublicæ cōferre pro rerum usu: quos statim sequebantur eodem in munere secundi, trecentis censi modiis, dicti ιππαῖ, quod & equos domi per facultates alere possent, & tempore belli ιππάδα pet solvere, id est, quantum homini & equo in annum alienando sat esset. Bini idem γλυπτοὶ, quasi dicas mutuo iuncti, quia per facultates unus nō poterat, præstare solebant. unus itaque illorum censebatur circiter 150. medimnis. Aristoteles in Solonis institutis, quæ in Politico-rum libris describit, horum non meminit. Opificum, cerdonum,

34 DE REPUBLICA  
proletariorumque loco erant  
~~δημοι~~, nec aliud reip. pendebant  
quam numulum, qui ab illis  
~~δημοι~~ vocabatur. Fuisse vero  
proletariorum, vocis arguit ra-  
tio. Nam ~~δημο~~ prisco pro ~~νοιτεω~~, id est, faciam, edam, dice-  
bant: unde ~~παιδονισται~~, id est,  
prolis procreatores sunt dicti.  
~~δημο~~ alioqui significatio, mer-  
cenariorum nomine est. Nullum  
ius illis assequendi magistratus  
erat, quandiu census tenuitas  
eos in infimo contineret ordine.  
Hoc itaque pacto Solon, con-  
stitutis veluti in certamine ad  
quos singuli contenderent fini-  
bus, morbo laborantem temp.  
reddidit sanam. Ut enim natura  
sapientissima magistra, quum  
videt, aliquid à se compositum  
ita vehementer omnes intēde-  
re nervos, ut loco felicitatis &  
boni, ad quod omnia tendunt,  
sibi infelicitatem suopte inge-  
nio

nio comparet, aut illud idem  
partium simul agentium inæ-  
qualitate sese confidere: sapien-  
tissima inquā traducit aut rem  
aut rei partem vitio intentam  
ad aliquod institutum, ubi reli-  
cta prisca cōtentione adolescat  
finem consequendo propositū:  
sic sapienti legum instauratori  
est faciendum: qua potissimum  
industria usus est Sōlon. Ut  
vero probandarum legum fie-  
ret major potestas, imponens  
& patriciis & plebeiis illis, dum  
pollicetur tabularum stabilita-  
tem, his Attici agri ex æquo, ut  
dixi, divisionem, omnium cō-  
sensu, antequam rogaretur lex,  
probata, utrisq; imposuit: quod  
suo maximo bono esse cum o-  
mnes cognovissent, usque adeo  
gratam habuere, ut sactorum  
memoria illam consecrarent  
immortalitati. Quibus cōpo-  
tis, ubi omnia ex animi senten-

36 DE REPUBLICA  
tia evenisse vidit, proculit hæc  
carmiña :

Δίημφ μὲν γε τέλος τόσου κράτος οὐαν  
ισπαρκεῖ,

Τιμῆς γετ' ἀφελῶ, γετ' ἐπορεξάμφιος.  
Οἴδ' εἰχον διωναμιν καὶ χειρίζονται  
ἀγνοῖ,

Χάλιοις ἐφερσάμενοι μιδὲν ἀρκεῖ το-  
χεν.

Αὐτὸν δ' ἀμφιβαλὼν κρατερότερον σάκος  
ἀμφοτέροιποι,

Νικᾷν δ' ἵκταισ' ὑδετέργες ἀδίκως.

Nunc populo quantum satis est,  
permissa potestas;

Detractus nulli est, est ve nega-  
tus honor.

Viribus atque opibus qui nomina  
clara ferebant,

Hos vetui ἔτενες quam minus  
equa pati.

Me obiiciens scuti in morem, quod  
servet utrosque,

Nest-

A T H E N I E N S I U M . 37  
Neutra permisi vincere parte  
nefas.

C A P . II .  
*De tribubus, & aliis populi  
partibus.*

R E S T I T U T A populo pa-  
ce, nobis de tribubus dicē-  
dum altius repetita origine vi-  
detur. Solent fere omnes popu-  
li, nationes, urbesq;, ut inquit  
Livius, suas consecrare origi-  
nes, à claris scilicet hominibus,  
aut ab illis quos ruditis & rerum  
ignara vetustas , mundique  
adolescentia, in deorum repo-  
suit numerum, nomina sibi im-  
ponentes. ita alii Iovem, (cuius  
vocabulum ex veteris testa-  
menti vocabulo יְהוָה factum  
ab ethnicis est) Martem alii ,  
Mercurium, Pallada, Vulca-  
num, & huiusmodi portentosa  
deorum virtus nobilium mon-  
stra, ad maiorem virtutis & an-

C 3 tiqui-

38 DE REPUBLICA  
tiquitatis opinionem, suarum  
urbium aut gentis authores,  
instauratores vendicant. Athe-  
nienses ergo quum non vide-  
rentur sibi satis una A'θηνα, id est,  
Pallade, nobiles, variis etiam  
sui populi partibus, quas tribus  
dicunt, nomina ab eponymis  
dedere. Erant vero ~~in~~erūmos,  
heroës, primi scilicet illi quos  
suprema hominum memoria  
noverat, qui virtutis ergo sta-  
tuas Athenis habebant, habue-  
rantve, in eo Athenarum loco  
qui non longe à buleuterio  
quingentorum virofum erat: ut  
illis statuis tam virtutis per me-  
moriā p̄r̄mū illis referri  
cognosceretur, quam iacitare-  
tut omnes his exemplis ad vir-  
tutem. Primum itaque fuere  
quatuor tribus. Una à Cecro-  
pe prisco (nam, si Pausaniæ cre-  
dimus, fuere duo) dicta Cecro-  
pis est: altera ~~aut~~όχεα, id est,  
indi-

indigena, peculiari gentis vocabulo. Tertiam Aetæus ἀκταῖς dixit. Quartæ à maris vicinia nomen fuit παραλία. quibus vocibus antiquatis, Cranaus quatuor diversas indidit, Cranain à se, Atthida, Diacrin & Mesogæan. Altera vocabulo gentis, Diacris à summo loco urbis, (sunt enim Athenæ in colle sitæ) Mesogæa à media parte vocata est. Ut autem mater adulterium tegeret, Iovem patrem habuisse creditus est Eri-chthonius: qui ut patri falso credito gratiam referre simularet, abrogatis his, à diis vocabula imposuit quatuor. θάλασσα itaque primam à Iove dixit, alteram ἀθηναῖς à Minerva, sequentem ἥφαιστα à Vulcano illic suminopere coli solito nominavit: quartæ à Neptuno ποσειδωνὶς nomen fuit. Inde unaquaque harum in tres partes (quas ἡ

## 40 DE REPUBLICA

à tribus, non à tribu ēdo, ut putant, dictas novimus) divisi, numerus ad 12. pervenit. Nomen Græcum est, etymi argumento. Τριτοὺς enim vocant Δωδεκάπολις, id est, à tribus, ut Latini primū etiam à ternaria populi partitione, in Tatiensem, Lurem, & Rhamnensem facta. Hæ duodecim partes tertiae dura- vere ad tempora usq; Alcmæonis 660. annis, aut circiter. Iste oraculi Apollinis responso 10. tribus à principibus, qui ante illum regnaverant maiori fama, nominavit. Cecropis à Cecrope, Erechtheis ab Erechtheō dicta, Ægeis, Pandionis, Acamanthis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, Antiochis, Æantis: quibus adiectæ sunt Antigonias & Demetrias, ut 12. numerū cōplerent: quæ ipse siugulæ (ut pridē quatuor) in tres partes divisæ reddebat sex  
• & tri-

& trigesinta tribuum numerum:  
quas Romani una minus sunt  
imitati. Unde patet, non tantum  
legum, sed & divisionis populi  
Attici exemplo usos fuisse. Ista  
quam magni sint momenti, in  
rebus Reipub. Atticæ perpen-  
dendis postea videbitur. A qui-  
bus porro principibus, tribus  
nomina sumpsissent, illi 12. epon-  
ymi dicebantur, quos nescio  
an vocet duodecim Athenien-  
sium deos Herodotus in Erato,  
quoniam idem author quum  
aliquot nomina illorū ibidem  
adscripsisset, in Euterpe ait, 12.  
deos primum in Ægypto cul-  
tos, indeque in Italiam porta-  
tos, habuisse Pisis aram com-  
munem, quæ d'ædes deas locutis,  
id est, XII. deorum ara voca-  
batur. Reges vero deos vocari,  
quod aut regnarēt quadā equi-  
tate, aut aliquando regnavis-  
sent, mihi præter copiosam am-

plissimamque tam Græcę quam  
barbarę historię fidem author  
est primo Politicorum Aristoteles. Unde & deos & reges po-  
tuisse vocari constat , & illos  
**xxxiiii.** deos , fuisse **xii.** Æ-  
gyptios advectos , totidemque  
Atticę reges. Pausanias in Atti-  
cis , ubi de Eponymis dicit se  
adferre sententiam Herodoti  
de illis , tamen longe diversis  
nominibus & summa ab illo id  
facit. Pauciores enim **iiii.** adfert ,  
iisque Attalum , Ptolomaeum ,  
atquę Hadrianum , cuius tem-  
pore scribebat , addit. usque ad-  
eo glorię ardor , & popula-  
rium blandimenta valebant ,  
valentque , ubi in aliquam opi-  
nionis partem procubuit ambi-  
tio. Sed de Eponymo magistra-  
tu , suo loco. Cognito populo ,  
illiusque partibus explicatis ,  
nunc ad magistratum narra-  
tionem est veniendum .

## C A P. III.

*Quomodo eligerentur magistratus Athenis.*

TRIPLEX fuit eligendorum magistratum ratio: sors, populare suffragium, stēmatum clatitas. Primam rationem Græci κλῆρον, alteram χειροτονίαν, id est, manuum extensionē, (quę in sublime à populo, dum aliquem probaret, fieri solebat) tertiam αἵρεσιν, vocant, id est, electionē. Sorte sortitōve deligebātur in eo loco quem Græci eam ob rem κληρωτήσιον dicunt, quicunque iudicandi fungerentur officio: quo modo dux & singuli fere magistratus Venetorum eligi solent. Illam vero rationem amplissime suo loco tradam. Senatus ille qui Athenis ita eligebatur, ἡ βελλα τῆς πυταχού, id est, consilium D-yirorum dici solebat.

Popu-

## 44 DE REPUBLICA

Populari suffragio duces, tribuni militum, rei bellicæ & maritimæ præfecti suo munere fungebantur. Quibus suū munus concedebat propter opes & nobilitatem electio, illi erant χορηγοι, id est, Choragi in ludis sacrīs & sacrificiis: quo in munere liberalitatem summam exercebant, impensas proprio arte & facultatibus suppeditantes. Hi erant numero x. quo in honore se fuisse Demosthenes in oratione adversus Mediam ostendit. His tribus generibus omnia reipubl. vincula constare abunde patet. Ab iniuriis enim domesticis, vicinorum, exterorumque, ius dicendo iudices defendunt, fines conservat & auget miles, religio expiat animos. Nuñc quo se ordine singulæ dignitates offerent eas describam, ab Ariopagitis exordium ducendo.

CAP.

## C A P. IV.

## De Ariopagitarum Senatu.

E F literarum omnium memoria, & sua equitate severitateque longe celeberrimus est habitus senatus Ariopagiticus, quem Graii τοις ἐπέιρων πάγῳ τῷ ἀφεισταγεῖτῷ θελῶ appellant. Ut maximo honore erat, ita numero civium non parvo quanvis incerto constabat. Incertus numerus inde procedebat, quod ex novem Thesmoothetis, de quibus suo loco, solerēt in eūm ordinem annuo magistratu statim defuncti, redditā totius anteaestā vitā apud Logistas ratione, quidā cooptari. Accessuri Logistę, qui à publicis rationibus magistratus erāt, nomen præconi' edebant, proclamareq; his verbis iubebant: Quis vult talem tali & tali fun-  
ctum magistratu de anteaestā  
vitā

46 DE REPUBLICA  
vitæ accusare facinoribus? Quia  
proclamatione quivis, modo  
probando esset, accusator ad-  
mittebatur. Verum ista in Logi-  
stis melius. Illa severa quidem  
certe admodum ratio paucos  
reperiebat usq; adeo omni no-  
ta carentes, ut innocentia freti  
augeret eum ordinem. Qui vel  
sordium (quæ res alioqui ple-  
risque satis familiaris videtur,  
cum, si ad victus rationem mu-  
nerum illa receptio pertineat,  
iudicibus lege sit permissa) vel  
favoris vel admissi criminis no-  
tā inustā semel habuisse proba-  
batur, is nunquā in tā inviola-  
bile consortiū admittebatur. Et  
ne ullus fraudi locus relinque-  
retur, sub dio, palam præsente-  
que populi totius corona, illa  
ratio coram senatu putabatur.  
Quotannis itaque illa ipsa ex  
Thesmoothetis plures eximens,  
& numerum relinquebat incer-  
tum.

tum, & deteriora in hac mortali-  
tate lōge melioribus superio-  
ra esse ostēdebat. Lectus ille or-  
do ac institutus à Solone anti-  
quata ~~is~~ severitate legitur.  
Erant enim ante Solonis insti-  
tuta ~~is~~. Ephetæ, id est, præfecti,  
qui de capitalibus causis ac fur-  
tis sententiam (quod ante illos  
regis fuerat officium) ferebant.  
Istorum ergo nomine Solon  
præsentem senatum constituit  
summę in Rep. authoritatis: qui  
non solum de capitalibus causis  
ius dicebat, verum de quibuslibet  
gravioribus: nō secus quam  
olim iudicū decuriæ sortito  
& subsortito à prætore apud  
Romanos delectæ: & hodie in  
Gallia primum de criminalibus  
supp̄r̄tores; secūdo de vi illata:  
ac supremus in summis curiis  
senatus tam primum quam ex  
provocatione cognoscit. Quum  
vero causæ postulabat gravitas,

Ariopagitis addebantur ex cæ-  
teris magistratibus non pauci  
veluti subadjuvæ, quemadmo-  
dum in delegatis à supremo  
senatu causis hodie fieri est  
in usu. Si magistratus novi eli-  
gerentur aut instituerentur, si  
reip. gratia aliquid quod ad om-  
nes & que pertineret, in delibe-  
rationem proponeretur, si lis  
sepius ob ambiguitatem dilata-  
ta se offerret, cogebatur illa  
iudicium multitudo, ex qua  
quæri non liceret: vocabulo  
vero Attico cœtus ille οὐγ-  
καντος λεπτὸν, aut καπηκλυτια,  
id est, congregatio universo-  
rum dicebatur. Porro Ariopa-  
gitarum magistratum dicere  
Græci consueverant διλωκῆν &  
ἀδιάθεχον, id est, perennem, &  
vicissitudinis experiem, ad cæ-  
terarum scilicet dignitatū dis-  
crimen, quod illæ certis tem-  
poris periodis exui & deponi  
sole-

solerent, is nunquam. Quan-  
vis autem sine ullo discrimine  
omnia nefaria publice vin-  
dicarent, tamen peculiariſ etat  
illorum cognitio, de beneficiis,  
incendio, cæde, & vulneribus  
consulto atque extra primum  
animi motum illatis, deque insi-  
diarum aut prodictionis in pa-  
triam molitione, (quę res in po-  
pulari statu, par est læſae maie-  
stati in monarchia) & plurimis  
aliis. Mos vero iudicandi illo-  
rum, quantum litterarum mo-  
nimentis est proditum, talis  
fuit. Statuto reo, aut accusato  
pro reo, post primam quæstio-  
nem testibus & coniecturis at-  
que probationibus adornatam  
(nam alioqui accusare non lice-  
bat nisi talionis poena) statim  
sententia ferebatur, nec in mul-  
tum tempus differri solebat: ut  
fere solet Venetiis fieri apud de-  
cemyiros: ubi tamen prius ab

30 DE REPUBLICA  
advocatoribus & quadraginta-  
viris criminalibus accusationes  
sunt prolatæ. Nolo multorum  
indicum' criminalium negligen-  
tiam hic sæpius expertam attin-  
gere, quum ipsa se satis aperiat.  
Non licebat Ariopagitis ad mi-  
sericordiam flecti. In hoc enim  
cum severitate iustarū convenie-  
bant, quod pari poena par deli-  
ctū mulctabatur. Id vero sacro-  
sanctum veluti ac summum in  
ipsis laudat Aristoteles princi-  
pio rethorices, dum ait, ἀπαρτί-  
σθε, οἱ μεοῖσι ταῖς δέην ἔτω τὰς τέσσερας ἀγο-  
ράκτεις, οἵ τις καὶ χρῶνται καὶ παλύκοτι οἴκων  
τὸν τραχύματος λόγον, καθάπερ καὶ ἡ ἀρετὴ<sup>τούτη</sup>  
τῶν φρόντων τῶν τομήζοντες. quo-  
rum verborum sententiam pau-  
cis admodum & elegantissime  
Quintilianus 6. institut. orat.  
appendit. Athenis, inquit, (quo-  
nomine Ariopagum intelli-  
gebat) affectus movere, et  
iam per præconem prohibebat

A  
aginat  
atione  
litorum  
glige  
n activ  
aperiat  
ad mi  
c enim  
nvenio  
at deli  
o sacro  
num in  
Princi  
atara  
bustis  
vomiti  
et am  
. quo  
m pa  
tissime  
orat  
.(quo  
relli  
e, et  
beb.  
car  
ATHENIENSIVM. 51  
tur orator. Hoc etiam illis fuit  
cum Decemviris Venetis com  
mune: nunc etiam incipit & in  
nostris summis curiis esse fami  
liare. Noverunt enim senatores  
clarissimi longo rerum usu edo  
cti, nil esse quod rhetorum &  
caussidicorum eloquētia versu  
tiave non possit everti, in que di  
versum trahi, ita ut ex summa  
æquitate summam iniuriam, &  
è diverso, procreare videantur, si  
semel auditorum aut iudicum  
animos in suam sententiam tra  
duxerint. qua peste et si hodie ca  
teant curiæ nostræ, tamen longe  
crudelius monstrum domi ale  
bāt caussidici quidā, opiniones  
doctorum opinionibus adden  
do, diversasque iuris scripti in  
æqui bonique eversionem alle  
gando, & si nihil aliud, curiā ip  
sā occupādo ne adversarii caus  
sam intelligat: donec tu, Poyet  
te Cancellarie cœquissime, illis ne

## 52 DE REPUBLICA

bulonibus prescribendum regia  
sanctione curasti: ne quid adfer-  
rent allegationis in simplici re-  
rum narratione, pariter in quæ-  
stionibus & probationibus, ve-  
tuisti. Verum ad institutum re-  
deo. Tanta erat Ariopagitæ in  
iudicando fides & integritas, ut,  
si quis etiæ sceleratus admodum  
creditus, post causam apud illos  
dictam evaderet impune, nulla  
cum vis, nulla authoritas posset  
de ea causa appellare. Nulla illic  
erroris propositio, nullas secunda  
senatus occupatio locum habe-  
bat. Forma iudicij talis fuit. Co-  
iecto in vincula reo (finge de ce-  
de agi) per praæcones & apparito-  
res vocabantur interficti homi-  
nis necessarii, domestici, paren-  
tes, amici: quorū arbitrio (quod  
hodie iudicij equitate sit) de po-  
ena statuebatur, ferebaturq; sen-  
tentia secundum accepti ratio-  
nem: qui mos hodie quia est

Turcis

Turcis in usu, à me referri amplius potest. Cadhi, quod nōmē apud Arabes iudicem significat, comprehenso reo homicida, curat statim sibi parētes perempti: & si illi desint, necessarios, aut illos ad quos ex illius vita utilitas pervenire poterat. Alioqui si defint illi, nomine principis & legum, more procuratoris aut advocati regii, iuris scripti & talionis pœna punit. Rogat presentes utrum malint hominem talione an mulcta puniri, ferturque pro illorum voto, si tamen modum non excedat, sentētia. Æstimant hominē solidū sexaginta asprum millibus: quæ summa ad nostrā pecuniam æstimata mille & ducentos aureos nummos reddit. Nam asprum genus argenteę monetę est nostro Carleo nummo pene par. Id æris cōpēsat mortis damnū. Dimidiū, hominis dimidii loco adiudi-

D 3 catur.

## 54 DE REPUBLICA

catur. Dimidius homo est, cui  
pes, manus, oculus, aut præcipue  
partis corporis usus deest. Paris  
proportionis ratio in corporibus  
aut in utilioribus partibus obser-  
vatur. Verum ista compensatio  
ideo rarius fit, quod non statim,  
flagratiq; ut aiunt delicto, pos-  
sunt una sisti reus & affines. Pu-  
pillis, mutis, linguaq; impedita  
hominibus succurrit prætor in  
rebus pro conditione æstiman-  
dis. morte itaq; aut multa reum  
illorum nomine mulctat. Ario-  
pagitarum ut erat maxima in iu-  
dicando diligentia & sedulitas,  
ita rarius id muneris infrequen-  
tiusque subibant. Singulis enim  
mensibus tribus tantum diebus  
iudicabant, quinto, quarto, ter-  
tio Kal. cuiuslibet: qui dies ita  
Græce dicti sunt, πετάρη φθίνο-  
τος, πετά φθίνοτος, διθιέρα φθίνοτος,  
id est, quarta, tertia, secun-  
da decrescentis & iam finien-  
tis

A T H E N I E N S I U M . 55  
tis mensis. nam Gr̄ecos Kalendis  
carere vel parœmia docet. Præ-  
terea non coibant, nisi ob rerū  
necessitatem fieret *in σύγχρονος Βε-*  
*λὴ*, id est, indictivum consilium:  
cuius conditio, quod ad magnū  
numerum attinet, non est absi-  
milis magnis Venetorum comi-  
tiis, singulis octonis diebus se-  
mel ad magistratus diligendos  
tantū cogi solitis. De hoc sena-  
tu, multisq; aliis, cum Romanis  
& Gallis tum Atticis, scripsit u-  
triusq; linguæ instauratæ lumen  
G. Budæus in annot. primis in  
Pandect. l. ultima de senat. cuius  
sententiam, etsi ex ipsis unde il-  
lā desumpsit authoribus possem  
adscribere, ne quid prætermisisse  
videar, paucis adferam. Ait itaq;  
ex Luciani verbis, iudicia noctu  
& silentio in Ariopagō tractari  
solita: primū ne dicentis ratio-  
nē ullam apud se haberent, qui  
rem nudam sineq; procœmio &

## 56 DE REPUBLICA

personarum ratione audire vel-  
lent: alterum, ne interruptioni-  
bus inter disputandum fieri so-  
litis se interpellarent, atq; sen-  
tentia dimoverent. Inde nata est  
parœmia, ἀριοπαγίτης στρατόπεδος,  
Ariopagita subricentior, dici  
solita de prudentibus & taciturn-  
is viris. Nec vero una tantum  
fuit taciturnitatis ratio. nam &  
reum præterea attentius respon-  
dentem audiebant, & iudicio-  
rum secreta nunquam evulgare  
solebant: tabellaresque edebant  
sententias, ne ex maioris au-  
thoritatis, etatis aut eruditio-  
ni viri, qui prior sententiam dixi-  
set, præiudicio ab opinione sua  
discederent, aut (quod multi so-  
lent hodie) idem ad idem respon-  
deret. Cum illis in tabellari sen-  
tentia cōvenit fere omnibus Ven-  
etis magistratibus, ea de caussa  
quam supra attuli: cum x-viris  
autem capitalibus, ne prodeant  
in

in vulgum aut sententiæ, aut se-  
creta iudiciorum: utriusq; opti-  
mo iure sane. Illorū authoritas  
enim nunquam potest imminui,  
dum aresta illorū nunquam re-  
scindi aut calumniari, contem-  
nive ab cæteris magistratibus,  
aut etiam à plebeiis possunt; qua-  
re quæ in rep. pestis oriri deterior  
possit, non video: omnia enim  
pessum eunt, quum semel aut  
negligi legum & magistratum  
vis cœperit, sensimque iugum  
infringi cœptum excutitur. Ita-  
que meo iudicio non deberent  
illi magistratus à quibus non est  
provocatio, tam temere evulga-  
re sententiæ, ne arbitrio vitiliti-  
gatorū illic antinomie pleraque  
reperiantur. Post Græcorum sen-  
tentias vidēdum quid Latini de  
Ariopagitis scripserint. Valerius  
Maximus de illis ita scriptum  
reliquit. Eiusdem urbis ( de  
Atheniensibus proximo capite

Ds egerat,

## 58 DE REPUBLICA

egerat) & sacrosanctissimum cōsilium Ariopagus, quid quisque Atheniensium ageret, aut quoniam quæstu sustentaretur, diligentissime inquire solebat: ut homines honestatem, memores vitæ rationem reddendam esse, sequeretur. Eadem bonos cives corona decorandi primo cōsuetudinem introduxit. nam & virtuti (uberrimum alimentum est honos, &c. Quum istud ita habere, sit scriptoribus compertū, credendum est, quo tempore nō iudicabant, id perquirere solitos. Utut sit, certum est, insigni quadam prudentia & pene divina fuisse, quod Cicero acerrimi iudicii homo illum senatū cum mundi rectore Deo potius comparatum voluerit, quam Romanū. Ait enim: Negare hunc mūdum providentia regi, idem est ac si quis dicat Athenas sine Ariopagitis regi cōsilio. Quod ait Plinius

Plinius naturalis historiæ septimo, primum capitinis iudicium actum in Ariopago, mihi non videtur rationi consentaneum. Ex omnibus enim Græcis authoribus liquet, Solonē hunc magistratū instituisse (quod iam docui) quasi ad severitatis ephetaū moderationem. At qui Dracōnum, qui hos instituerat, longe Solonem præcessisse constat, rāque severas leges in improbos statuisse, ut poena capitali vel quodlibet holusculi furtum plementeretur: unde dici vulgo solebat, Draconē non atramēto sed sanguine humano leges scripsisse. At quis credat fieri posse sub tali legū severitate, tanto tempore tot improbis in repub. perpetuo agētibus, ut omnibus seculis sit verum dictum poëtæ, τὰ χείρα  
νικᾶ, deteriora vincant, neminem improbitatis dedisse pœnas? Fieri sane non potest. Quod si quis

60 DE REPUBLICA  
contendat, Plinium intelligere,  
in Ariopago, id est, Athenis, aut,  
suprema litterarum memoria:  
primum quidem esse verum vix  
poterit, quum ante ullum Græ-  
corum imperium, iam florentissi-  
mæ res Persarum, Assyriorum,  
Indorum, Ægyptiorum, Syro-  
rumque ipsa vetustate collapsæ  
fuisserent, quæ sine facinorosorum  
pœna regnare tandem nō potui-  
scent. Alterum non arguit verum  
fuisse, et si scripserit nemo, cuius  
saltē extēt scripta. Quanvis  
enim literæ ipsæ præclarorum  
facinorum iuxta hominum me-  
moriā sīt conservatrices, ta-  
men non statim est credēdū, si  
quid aut nulla hominū memo-  
ria, aut nullis litterarum monu-  
mentis est celebratum, id proti-  
nus non fuisse: nec si quid igno-  
ras, id propterea minus in rerum  
est natura: nec, ut inquit Lyri-  
cus,

--Sola

--Sola comptos arsit adulteri

*Crines Helena.*--

Et paulo post,

*Vixere fortis ante Agamēnona*

*Multi.*

Paulloque mox,

*Paullum sepulta distat inertie*

*Colata virtus.*

Itaque nulla in parte vero consentanea dixisse videtur Plinius: quod etsi illi in hoc loco inque multis aliis contigerit, non est mirandum, quum vir senatoriae dignitatis, inque Reip. munebus occupatus, succisi vis horis vix posset quot excerpit describere. Hanc vero sententiam lectori exutiendam relinquens, ad alia trāseo. De huius senatus dignitate sunt omnia apud authores plena: verum una oratio Demosthenis in Aristocratem hanc satis aperiet: quę quia amplissime quæ iam tradidi explicat, ad illam lectorem remitto;

quum

62 DE REPUBLICA  
quum alioquin il sit à me in illo  
describendo prætermissum.

C A P. V.

*De nomothetis.*

**N**O MOΘE TΩΝ nomine  
plura Græci dignitatum ge-  
nera intelligunt: quæ mihi prius  
aperienda videntur, quam ad rē  
de qua sum dicturus, veniam.  
Tres olim nomothetas apud A-  
thenienses fuisse authore Suida  
reperiō: Draconem, Solonem,  
Æschylon, non quidem illum  
poësi celebrem, sed quendam  
alium Athenis natum, non usq;  
adeo apud authores celebratum.  
Secūdo, νομοθέται legislatores qui-  
cunque sunt. Verum ut ad rem  
facit vocabulum, præcipue intel-  
ligebant Athenienses unum ad  
mille selectos cives, quibus le-  
gum antiquandarum siebat po-  
testas quum nō viderentur am-  
plius ex Reip. usu, ac præterea il-  
larum

Iatum examinandarum, quæ aut  
emendandæ, aut immutandæ,  
aut demum sanciendæ videren-  
tur. Est enim legibus humano  
consilio natis, quemadmodum  
& rebus naturalibus, et si paullo  
obscurior, nostræq; mortalitati  
minus cognita, vetustas: quam  
ubi sensere, usus consuetudine  
aut desuetudine aut abrogandæ  
aut emendandæ sunt: quod ipsū  
(nisi ubi iure scripto, ut vocat, id  
est, cœsareo sive civili utuntur) in  
civili Romanorum pater. Nam  
bona pars de servitutibus, de ser-  
vis, noxa, iure personarū, hære-  
ditatis varia distributione, & in-  
finitis aliis tractationibus agit,  
quæ in Gallia (ubi præcipue ius  
civile, quod consuetudines vo-  
cant, atque regia & curiarum  
placita locum habent) ut patrum  
est in usu, nisi ut à simili iudican-  
do, ita partim explodēdam cen-  
serem, ut tempus illud quod stu-  
diosi

## 64 DE REPUBLICA

diosi iuris in illam insumunt, datur iuri civili, postquam quæ nobis sunt in præcipuo usu, diligenter didicerint. Nobis propositi nomothetæ ius tantum habebant referendi coram populo, toto, probarentne an improbarent leges, plebiscitaque. nec enim poterat ulla rogatio probari, rataque haberi, quia universi magistratus nomothetis subscriptissent. Hi etiam iudicandis gravioribus causis solebant interesse, eorumq; sententiæ si non pareret aut actor autreus, tribus drachmis præsente archōte mulctabatur. Hæc est Pollucis sententia. Verum Budæus ex Demosthene paullo aliter latiusq; explicat quomodo illæ leges soleantur proponi. eius ideo verba adscribam. Solonem cōmemorat Demosthenes inter alia cū legis suis hoc quoque instituisse: quum lex aliqua ad populū ferretur,

ATHENIENSIO. 65  
 rever, ut à legislatore piumem recitaretur, deinde in loco maxime celebri totius urbis maxi-  
 me: conspicacio prosciberetur, adieratam concionē usq; (non liberatoq; leges Romæ tristundi-  
 ad diptromulgatis solitas Macro-  
 bio referente novimus) inde scri-  
 bi ut daretur palam pro cōcio.  
 Relegenda: ut si cu. quam quid  
 non placuisset, in medium id  
 proficeret: & si ea cum quone  
 populo placuisset, ita demū no-  
 mothetæ darentur postremū pro-  
 banda: qui utrū cā probasset, im-  
 probassetve, ita ferrentur, atque  
 retrurve. Ipsi autē nomothetæ ex  
 iudicium numero deligebantur,  
 ut eam operā populo intrati ipsi  
 narrarent. Hæc Budæus: cu:us  
 cōparatio h̄e planior fiat, locum  
 Macrobii adfero. Rutilius (21)  
 scribit, Romanos instituisse nū-  
 dinas: ut octo quidē diebus ru-  
 stici opus facerent, non autem

retur, ut à legislatore primum  
recitaretur, deinde in loco ma-  
xime celebri totius urbis maxi-  
meq; conspicuo proscriveretur,  
ad tertiam concionē usq;, (non  
aliter arq; leges Romę trinundi-  
no die promulgari solitas Macro-  
bio referēte. novimus) inde scri-  
bæ ut daretur palam pro cōcio-  
ne legenda: ut si cuiquam quid  
non placuisset, in medium id  
proferret: & si ea tum quoque  
populo placuisset, ita demū no-  
mōthetē daretur postremū pro-  
banda: qui uti eā probasset, im-  
probassetve, ita ferretur, atqua-  
re turve. Ipsi autē nomothetæ ex  
iudicū numero deligebantur,  
ut eam operā populo iurati ipsi  
navarent. Hæc Budæus: cuius  
cōparatio tñ planior fiat, locum  
Macrobi adfero. Rutilius ( ait )  
scribit, Romanos instituisse nū-  
dinas: ut octo quidē diebus ru-  
stici opus facerent, nono autem

## 66 DE REPUBLICA

die intermisso rure, ad mercatum legesque Romam accipendas venirent, ut & scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino dic proposita à singulis atque universis facile noscebantur: unde etiam mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur.  
Hactenus Macrobius.

## C. A. P. VI.

*De legum conservatoribus, quos  
Græci νομοφύλακες dicunt.*

**D**IFFEREBANT à nomothetis νομοφύλακες, quibus à legibus servandis ut nomen ita & officiū erat. Frustra enim fuissent à nomothetis leges exploratae probatæq;, nisi præscripti illarū sit usus, secundumq; eas iudicaretur: quod nomophylaces ut fieret curabant. Cicero libro de legibus tertio, illorum officium diligenter explicat. Græci hoc diligentius,

ligentius, ait, apud quos ~~τομοφύλακες~~ créatur: nec ii solum literas (nam id quidē etiam apud māiores nostros erat) sed etiam facta hominum observabant, ad legesq; revocabāt. Hæc Cic. Secundo dignitatis gradu erant Athenis ~~τομοφύλακες~~, ut qui ~~προσέδροις~~ (quorum nomen à primis sedibus quas illi ante cæteros habebant, deductum est) assiderent, strophio quodam lineo (quali honoris gratia dux Venetiarum hodie ornatur) capite redimiti. tatus erat honos priscis incolūmitatis reipublicæ cōservatoriis, tantum legum studium. Idē enim est, nullas habere leges, & multas quidem scriptas habere, nullis vero uti. Cæterum is ordinis solebat ex ipsis Ariopagitis: illorumq; præstantissimi etiam hanc curā legum habebant sanctiendarum, tuendarumq;: quod erat sacrosanctum munus. Nil

enim verat, homines in uno cōstitutos ordine, dum aut ab officio quandoq; respirando supercedent, aut quum cauſſa vehe-mentior urget, vario tempore variis aliis muneribus in Repu-blica fungi, quod in supremis Galliæ curiis maxime patet Illa-xum enim partes quædam, quæ ad capitales cauſſas ab inferiori-bus, alię quę ad rerum actionem sunt constituta, perpendentes, approbant, vel reprobant: itaq; iata habetur sentētia: pars indi-ctiva concilia, alii peculiarem quandā cauſſarū cognitionem (cōmissiones vulgo, & relatio-nes litium vocāt) statutis tēpo-ribus, alii rationes rerū fiscaliū, & alia sexcenta officia subeunt, quum tamen unum sint cōrpus, & curię Præsides Consiliarii que dicātur. Antiqui vero, non usq; adeo rerum longo usu edocti, nec adeo periti quomodo unus

idem-

idemque magistratus multis va-  
riisque rebus præesse posset, va-  
rios deligebant ordines ad sin-  
gula, quæ ab uno hodie fiunt se-  
natu. Non sunt his absimiles  
quadraginta-viti cauſſarū capi-  
talium apud Venetos. Nam de  
criminibus & cauſſa integra & ex  
provocatione cognoscunt, le-  
gumque maiestati cum VI-viris  
sex regionum urbis (vocant vul-  
go sextariam) præfectis præſunt,  
præſenteq; ac arbitro ſententia-  
rum Duce de illis statuunt. In  
hoc vero diſſerunt, quod ſunt il-  
lorum in rebus capitalibus ſen-  
tentia Decemviris ex provoca-  
tione obnoxiæ. Præterea ſi quid  
in Ducem, Rem publicam, reli-  
gionem, inq; naturæ perniciem  
(cuiusmodi eſt cinēdica fœditas)  
admissum eſt, ſtatim id vindic-  
cant Decemviri. Legibus cōſer-  
vandis, pariter & idoneis iudi-  
cibus in ſingulas provincias &

## 76 DE REPUBLICA

loca deligendis, præsunt apud  
Turcas duo magna corona do-  
ctorum & bonorum virorum se-  
pti, (Cadilescher vocant) primæ  
authoritatis, prudentiæ & scien-  
tiæ viri, quibus iudices cogūtur  
xationes reddere, inque sentētia  
parere quum quicquam male iu-  
dicaverint. Provocationes enim  
apud illos & sunt, & ab ipsa su-  
prema curia quam divam appel-  
lant, remittuntur. Quum vero  
casus ratio postulat, tunc uterq;  
senatus de illo cognoscit & iudi-  
cat, præside uno quatuor Bassa-  
dum, præsentibus vero omnibus  
primæ authoritatis viris. Hi or-  
dines id officii explent quod a-  
pud nos Cancellarius, qui reve-  
ra solus νομοφύλαξ, id est, legum  
vindex dici potest. Cogit enim,  
veluti in corpore animus, o-  
mnes iudices & magistratus se-  
cundum leges æquique & boni  
præscriptum iudicare: & si quis  
contra

contra fecerit, aut pœnam ipse decernit, aut cum summo Galliæ consilio re agitata, præmiis digna refert quicunque legum maiestatē imminuerit. E diverso tui in Rép. animi benificio, Po-yete, quotquot ipsa virtus ad magistratus potest evehere dignitatem, non favoribus, non fordibus, non demū secundum ambitionē, (quæ res non pauca ante tuā rēpora præclara ingenia deiecit) sed infracto animo evehis promovesq;: quod etsi illorum qui ante te in illo fuerunt officio, munus: tamen re ipsa apparet, te plura virtuti biennio nondum exacto dedisse, quam tota patrū memoria ullus Cancellarius fecerit. De dignitate vero Cácellaria, & ceteris Galliæ magistratibus alias. Unum vero addam, quod Cancellario & no-mothetis atque *τομοφύλαξι* con-yenit, ob vitæ integratatem esse

72 DE REPUBLICA  
in perpetua dignitate, quoad vi-  
ta & æquitas comes fuerit.

C A P. VII.

*De quingentum-viris.*

**O**'i μετακόσοι, quingentum-  
viri, nomine ordinis nume-  
rum aperientes, tam dignitate,  
fama, quam officio, secundum  
post Ariopagitas locū obtinue-  
re: quorū apud Græcos autho-  
res ita frequens est mentio, ut  
nulla plane causa, nulla oratio  
illos non celebret. Hi enim ci-  
vilia munera, rerumq; actiones,  
de quibus quotidie popularibus  
lis oboritur, iudicare solebant.  
Tempore functionis ab Ariopa-  
gitis ita differebant, quod hi  
erant σιάδδχοι, permutteriorii, id  
est, quotannis sorte eligi soliti:  
illi erant σιλεκῆς κγ ἀδιάδδχοι, ut  
iam ante dixi. Erant hi quo tē-  
pore iudicabant, quo in munere  
sunt pretores & supprefecti, quos  
bail-

bailliis aut locum tenentes ci-  
vilem dicimus. Annuo vero spa-  
tio tantum eam dignitatem ha-  
bebant, ne (quod nimis crebro  
in locis non paucis experimēto  
videtur) sordes, atq; ceterę que  
inter iudicandū possunt eveni-  
re corruptelæ, beneficio proto-  
gatæ dignitatis tegerentur ale-  
renturque. Magnus vero nume-  
rus faciebat (quod ea de reserva-  
tur in curiis quas parlamenteas  
vocant) ne facile quid vitii in  
consortium irreperet. Verum  
quia tanta multitudo una & in  
uno posita loco vix potuisset sua  
exequi munera, in decem partes  
dividi solebant secundum tri-  
buum numerū: quibus singulis  
quinquaginta viri ex eo nume-  
ro obtingebant, suoq; loco tri-  
ginta & quinque dierum spatio  
ius dicere consueverant. Is vero  
dierū numerus decies repetitus  
annum lunarem trecentis &

E s                quin-

quinquaginta diebus constanter, qualem Athenis observare solebant, reddit. Noster vero solaris illum diebus quindecim & quadrante superat. Propter item copiosam multitudinem ex illis quinquaginta x. eligebant, quos ~~negedps~~, id est, praefides (ut dixi) nominabant: ex quibus ipsis tantum septem, per singulos scilicet dies hebdomadis, sortito elegabantur. Quo die qui rebus precerat, arcis conservabat claves, dicebaturque ὁ ἀποκλειστής, praeses, & τὰς κλεῖς τῆς ἀκροπόλεως περιθώριος, cui arcis claves credebantur. Verum de his paullo post. Quum quinquagenarius numerus suo officio fungeretur, vocabatur iam mutato nomine prytania: aut οἰκουτανεῖς, tanquam à frequentiori cura τῆς παμιδόνης τὸν οἰκουέρ, recondendi & servandi frumenti in publicam necessitatem. Non desunt qui dictos

τὴν αρματικὴν velint : τὰ αρματικὰ  
vero pecunias publicas esse, quas  
actor & reus etiā post iuriurandum  
de calumnia (in quo fidei  
bonae anchorā ut præscripto le-  
gum ponimus, ita omnino pa-  
rum fidei esse videbant) in ætra-  
rarium publicū deponere cogebat-  
tur: ut qui caussa caderet, di-  
sceret, re iā oppignerata atq; de-  
posita, nec temere iudicis aures  
occupare, nec litem iniuste inci-  
pere, aut alterum iniuria in ius  
rapere. Licebat enim cui libet  
adversariū, advocato teste, qui  
assereret in ius vocatum venire  
noluisse, in ius rapere atq; trahe-  
re nolentē, non modo Athenis,  
sed & Romæ. Athenis vero pe-  
tunia deposita, loco testis erat  
apud Romanos vocari soliti.  
Proculdubio, mea quidē sentē-  
tia, si præter iuriurandum de ca-  
lumnia, multa quædam pro litis  
ratione deponeretur, ab acto-  
re

## 76 DE REPUBLICA

re præcipue; & ex illo ærario sa-  
tis fieret iudicibus iustis in cauſſis  
versantibus, ad hæc inde desu-  
meretur nomine tenuiorū, qui  
potius perderent suum contra  
potentiores ius, quam summam  
deponere possent litedignam, ut  
temeritas debilitati consuleret,  
tolleretur maximū fomentum  
litium. Quis enim credat ut vel  
pili faciat sacramentū, qui pro-  
ximi vitæ, fortunis, famæ de-  
mum moliri insidias non erube-  
scit? Verum parum viderer cōsu-  
lere multis sanguisugis, litium-  
que alumnis. Redeo itaque ad  
meos Prytanes, quos ἀπό τῆς ἀρι-  
τερίας, id est, à sportula dictos  
ostendi. Illa pecunia depositis  
cumulata, iudicibus persolven-  
dis, & illis quibus meriti in rem-  
publicam & virtutis ergo victus  
dabatur, alendis serviebat.  
Tοις ἀριτεροῖς crebro minabantur  
fœneratores debitorkibus se in-

æra-

ærarium deposituros, ubi plus tempore non poterant amplius petere, ut scilicet miseri debitores ære alieno obruti, cum non possent statim esse solvendo, co-gerentur augere fœnus. Huius rei fidem facit Aristophanes in Nubibus, his verbis:

Θύτω πρυτανεῖα, ἡ μητέρι τόπω εἰδώ.  
Moriar nite in ius depositis prytanis voco. verba sunt fœneratoris ad obæratum. Singulari autem voce tantum τὸ πρυτανεῖον locus erat in quo iudiciorum causa coibant prytanes; unde nomen. Præterea ubi de Rep. benemeriti diligenter & colebantur & alebantur. Maximum hūc honorem in rep. fuisse, Cic. primo de oratore testis est locupletissimus, ubi de Socrate agit his verbis. Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenæ æstimatio. ea sententia quum iudicibus dare-

tur,

78 DE REPUBLICA  
tur, interrogabatur reus, quam  
quasi æstimationem comme-  
ruiisse se maxime confiteretur:  
quod quum interrogatus Socra-  
tes esset, respōdit, se meruisse ut  
amplissimis honoribus & præ-  
miis decoraretur, & ut ei victus  
quotidianus in prytaneo publi-  
ce præberetur; qui honos apud  
Græcos maximus haberetur.  
Hæc Cicero. Hic ordo solebat  
edicta, decreta, psephismata (ut  
Græca voce Cicero dicit) plebis-  
quesita omnia explorare, ac de  
legibus perperam latis senten-  
tiam ferre. alioqui enim sine illa  
providentia facile imperiæ ple-  
bi fuisset impositum. plebs enim  
nō raro ea rogat, & probata cu-  
pit, quæ manifesto in eius ruant  
perniciem, nisi consilio & pru-  
dentia coërceatur. Primum ita-  
que populares pro rerū suarum  
usu edicta proponebāt, quæ sta-  
tim ab L-viris perpensa Thesmo-  
thetis

thetis dabantur, ut iam docui:  
qui si probassent, incumbebat  
opus nomophylacibus ut pro-  
clamari & servari curarent. Erat  
in illum gravissima actio, qui ex  
populari consensu solum proba-  
tam legem ratam afferuisset, &  
in loco probatarum adscriptis-  
set, dicebaturq; ἀρχετόμων γραφὴ,  
id est, perperam latæ legis actio:  
ille qui accusabatur, ὁ ἀρχετόμων  
γραφησκος γράψας, qui iniquum &  
præter morem decretum scri-  
pserit, qualiter fecisse Andro-  
tionem & Aristocratem, elo-  
quentissimis orationibus mon-  
strat Demosthenes. Verum de  
hac re scripsi iam in tit. de actio-  
nibus. Ab hoc civili & quo-  
annis mutari solito magistratu,  
fasti dies, bellorum tempora,  
fœdera, legationes, rogatio-  
nes, edicta promulgata, &  
in summa ad privata usque,  
quæcunque rationem tempo-  
ris

ris habebant adnexam, suppτατι & scrib*i* solebατ, veluti apud Romanos à Cosulibus, hac forma, Epi ἀρχετος Πολυκλέτε<sup>s</sup>, μίσθιος θονδρομιῶνος, ἔκτη δὲ δίκαια, εὐλογίας αριστεράδικος πανδικούδος, Δημοσθένης Πατριαρχείας τε καὶ φύσισμα. Principe Polycle, mensis Iulii decima-sexta, tribu Pandionide iudices Reip. exhibente, Demosthenes Pæaneus decretum tulit. Qui hic nominatur, erat ἀρχετος, de quo suo loco: quæ tribus adfertur, illa est cuius 50-viri ex quingentis sumpti Rep. tuc moderabantur. Ceteri Græci ab Olympiadibus, Mosolami à Muhamede, nos à Christo, Iudei à mundi exordio, & quæque gens fere à capite persuasionis rationes init temporum. Ad alia nunc transirem, nisi horum iudicium officium me admoneret quadriginta civilium cauſsarum iudicium apud Venetos: qui ut magis

magis innotescant, paucis Reip. præstantissimæ morem iudiciorum exponere visum est. Ter quadraginta viri, non ita tamen magnæ authoritatis nobiles, eliguntur ita, ut 24: mensibus tam capitalibus quam civilibus præsint, hoc modō. Primi quadraginta novi cauſis exterorum & peregrinorū, quorū ingens Venetiis multitudo agit, octonis illis mensibus præsunt veluti locotirocinii: post quod tempus urbanis de rebus, substitutis in locū altis, iudicant. In primo vero loco, ordo ille consilium novum, in secundo vetus, aut, ut vulgo, quadraginta civiles, dici solet. Iam exactis in duobus illis sedecim mensibus, veluti probati, committuntur capitalibus cauſis iudicandis, loco ciuilium XL-viri criminalēs dicti. Eām vero dignitatē tunc assequuntur, quanvis sint ut plurimum iuniores, ut

82 DE REPUBLICA  
in senatum admittantur, iusq;  
suffragii etiā habeant in caussis  
gravioribus. Ad hæc triumviri  
ex illis in binos menses eligun-  
tur sortito, qui præterquā quod  
ius suffragii habent, etiam Duci,  
qui magnus est honos, sua quis-  
que vicissitudine assidere pos-  
sunt: pariq; cū ipso authoritate  
de rebus ipsis tā ad senatū quā  
ad magnū cōsilium possunt re-  
ferre. Forma vero iudicandi &  
in civilibus & in capitalibus  
caussis ferme una est. Suffragiis  
enim fit, quod olim Romanis in  
usu fuit. Veneti enim caussa ul-  
tro citroq; agitata, habent tres  
diverso colore urnulas, in quarū  
unam condemnationis, in alte-  
ram absolutionis, in tertiam di-  
lationis, amplioris discussionis  
gratia, globuli linei demittun-  
tur, ita ut nemo possit ex prēiu-  
dicio alterius favori dare locum.  
acc etiam ex suffragii decidentis

in

in urnā sono. Extracta suffragia imponunt caussis finē. Romāni nō calculis aut fabis globulisve, sed duabus literis condēnabant aut absolvebant: duabus non liquere significabāt. A, ut notavit Asconius Pedianus, salutaris erat litera, absolvīq; reum petebat. C. tristis, condemnabat. N. L. nō liquere notabat. In capitalibus caussis à Gr̄ecorum usu & literam, qua θάνατος, id est, morte significant, accepisse etiam Romanos, nigrumque theta appellasse, literarum monumentis reperio. Verū ad mea me recipio.

## C A P. VIII.

*De Arbitris.*

**Q**uia caussarū civilium maior numerus quotidie obrriebatur, quā quibus terminandis, & novis audiēdis satis essent quinquaginta-viri tribuū, ut hic succurreretur, quadragintaqua-

## 84 DE REPUBLICA

cuorū dīgētūrāj, id est, arbitri, eli-  
gebātur, partim sorte, partim e-  
lectione. Nam sēxagesimū an-  
nū excessisse illos oportebat, &  
non infimæ esse notæ, sed insigni  
probitate viros: quamobrē eli-  
gi solebant: inque locum cōsti-  
tutum bona pars constitueban-  
tur, ubi à litigatoribus possent  
statim conveniri. Sic vero adi-  
bantur. Actor & reus ex compo-  
sito quosvis deligebant ex eo  
numero, ea lege, ut si lis apud il-  
los contestata inceptaque esset,  
necessæ esset, ut & apud Roma-  
nos, illic terminati: alioqui mul-  
ctabatur qui sententiæ illorum  
non paruisset. Succurrebatur ve-  
ro læso, duplii remedio. Nā &  
illi iudicii caussam reddebant,  
& ex appellatione poterat adiri  
dīgētūrāj, iudex civilis, caussæque  
succurreze. Hæc Demosthenis  
ex oratione *ad Mædeis*, sententia  
est. Budæus paullo latius expli-  
cat

cat ex Polluce quot arbitrorum  
essent genera. Oi καθ' αὐτον e-  
lecti, erant quos litigatores sibi  
deligere poterant, quibus con-  
troversiæ rationes explicatas  
crederent, κατ' θητοριων τε ατριας,  
per caussæ permissione. Alii ve-  
ro κληρωτi, id est, sortito electi  
ex magistratum decuriis, non  
veniebant pro litigantium arb i-  
trio, sed sortito privatis caussis  
deligebantur ex iudicium decu-  
riis, non secus quam olim apud  
Romanos ex iudicium decuriis  
prætor ordinabat, hodieque in  
curiis Galliae viris consularibus  
fit, non quidem ut iudicent, sed  
ut exacte perpæsa lite, & eius ap-  
pendicibus, senatui iudicatu-  
referant. Hæc sententia facile  
cōfirmari potest ex loco oratio-  
nis Demosthenis in Aphobum,  
quæ expilatae hæreditatis accu-  
sat. Locus ita habet. Ad arbī-  
trum igitur sorte datum quum

tia & monarchia ita temperata,  
ut nec magistratus summi sine  
Ducis præsentia sententiaq;, nec  
vicissim ille quicquam propria  
ausit potentia statuere, adeo ut  
ne progredi quidem tuto tem-  
pore belli in medium possit sine  
capitis periculo, nisi sex viros re-  
gionum ut minimum comites  
habeat. Nostræ Galliæ admini-  
strationi, quæ ceteris lumine literarū  
diu caruit, tamē longe dignita-  
te, scientia, prudentia demum  
summa, cæterisque rebus quæ  
ad magnitudinem faciunt Re-  
publicæ, est omnibus facile su-  
perior, quicquam detractum  
nolo: quin ipsam olim, nisi me  
aliquis prævertet, illustratam  
memoriæ posteritatis commen-  
dare decrevi. Sed ad fabas, cal-  
culos, sortesque venio. Octavo  
quoque die comitia adire tota  
nobilitas annum ætatis vice-  
sum prætergressa solet, nec

88 DE REPUBLICA  
tamē omnes sine discrimine ante 25. annos (nisi qui sortis, quā  
quotannis apud senatum à 19.  
anno in xxv. tentant, beneficio  
id assequuntur ) adire possunt.  
**Qui** vero debeant eligi ante 25.  
ætatis annum, asserta prius præ-  
sente utroque parente aut affine  
proximo cum testibus idoneis  
sua ab utroq; parente nobilita-  
te, die xiv. Decembris conve-  
niunt, eorumq; nomina in ur-  
nam coniiciuntur: demum altera  
urna pari numero habet tot pi-  
dulas, quot adsunt iuvenes. Sunt  
vero globuli argentei omnes  
præter quintam partē, quæ au-  
rea est. Dum itaque educitur a  
principe nomen quodcunque,  
educitur & sors, si argentea, reii-  
citur in proximum annū. si au-  
rea, probatur, consortioq; con-  
siliī magni aggregatur. Consi-  
lium ergo illud in patentissima  
aula coactum, omnia suffragis  
tacitis

tacitis magistratum & dignita-  
tum genera deligit. Ubi tota  
cōvenit nobilitas, audita statim  
hora solita claudūtur fores: nec  
licet ulli ante comitiorum fi-  
nem, qui occasu solis fit, exire.  
Occlusis autem foribus, scriba  
maior è suggestu, ut omnes au-  
dire possint, significat qui illo die  
magistratus sint eligendi. Sedēt  
omnes in decem sedibus lōgissi-  
mis, nisi qui sunt aut comitio-  
rum præsides, aut qui Ducī in  
suggestu, si adsit sedenti, dignita-  
tis ergo assidere solent. Locātur  
demum urnæ tres ante Ducis  
tribunal: una in dextra parte, al-  
tera in sinistra, tertia paullo sub-  
limius in medio duarū: quibus  
ipsis cōsiliarii tres assident, qui-  
bus veluti censoribus extracti  
globuli aurei qui ex urnis edu-  
cuntur, ostendi solent, ne scilicet  
quisquam posset per ambitio-  
nem afferre domo. Præterea fin-

gulis comitiis solet signum in  
ipsis mutari sortibus, veluti mi-  
litaris tessera: ne si idem semper  
maneret signū, posset cōsingi ab  
ambitioso cive. In duabus pri-  
mis urnis sunt tanta copia argē-  
teæ pilulæ, ut possint numero ci-  
viū satis esse. in singulis trigin-  
ta tātum aureæ. in illa quæ me-  
dia est, sexaginta tantum sunt,  
quarum aureæ sunt triginta &  
sex tantum. Vocatis secundum  
sortem ad sortes subselliis qua-  
tuor classib[us] distinctis, veniunt  
singillatim ad urnas: in quas  
quemque demissa manu inde  
globulum extrahere moris est,  
qui autē argenteum tulerit, re-  
dit in sedem frustratus: qui au-  
reum, ostendens assidenti urne  
consiliario, transit ad mediām:  
ex qua si argenteum educat, spe-  
luditur. qui utramq[ue] sphærulam  
aureā habet: is ex electorib[us] est:  
qui singulis ex quatuor classibus

noye-

noveni eliguntur: electi vero  
conscendunt suggestum, illic-  
que à scriba nominantur, ac in  
conclave ( prius tamen in Reip.  
verba iurati, se sine ambitione,  
fraude aurfavore electuros viros  
bonos magistratibusq; idoneos)  
statim concedunt, electuri & no-  
minaturi, suffragiis inter se etiā  
agitatis, viros in singulos magi-  
stratus. Idem faciunt & alii no-  
vem, tertii item & quarti, ad tri-  
ginta sex usq,: tamen ea lege, ne  
sint usquam plures duobus ex  
eadem gentilitate electores. Ita-  
que ubi primus electorum nu-  
merus est selectus, omnes eius-  
dem gentis affines exire cogun-  
tur, & ita secundi, tertii & quat-  
ti, quoad electio electorum sit  
absoluta. Singuli itaque novem  
singulis nominatis magistrati-  
bus aut præfecturis singulos de-  
ligunt, ita ut in maioribus digni-  
tibus sint semper quatuor cō-  
petito.

petitores, in minimis duo. quibus expletis, prodūt nomina, ut in suffragia eatur, & qui plura tulerit, eligatur. Nolo interim omittere, quod præclarum illic est, electorem unumquemque, eius quem nominaverit, si eligatur beneficio suffragiorum, fideiustitatem esse, & si quid pecunie publicæ averterit, præstare debere. Nominatis competitoribus, statim omnes parentes illius cuius nomine primo in suffragia itur, excedere aula coguntur, quo ad suffragia sint lata. tum revocatis illis alii vicissim exeunt sequētis affines, & sic ad ultimum usque. Præterea observat ex suggestu, unde prospici in totā aulam possit, ne quis, qui parentem iam forte electum intellexerit, capteret ullum aut signis, aut colloquio: quod qui admiserit, ambitus notatus, expellitur, honoreq; suffragādi eodice

A T H E N I E N S I U M . 93

die caret. nec enim licet ulli à quo lecti electores sūt, nisi exire generis causā usus sit, se loco semel accepto movere. Id quidem aliquando, non tamē sine magno tædio, novi, quum adhiberet illic à patriciis vritis, qui me & honoris & discendi eos mores gratia illuc crebro ducebant, ab hora fere prima pomeridiana, qua comitia occluduntur, ad occasum usque solis retineri illic tandiū, moleste ferens. Interea dum electores sunt in cōclavi, viatores lineorum suffragiorum cuique nobilium, quantum potest pugillo capere, dant, inque magnum, moreque illorum brachiale amplum factum, demittunt. Pueri vero statim adsunt cum urnulis bina concavitate; anteriori alba probandi, posteriore viridi reprobādi; ita tectis, ut per foramen immissa in illas manu suffragium in utrāvis demittas,

mittas, inscio etiam quite diligenter observet, edito saepius illius cuius suffragia petunt nomine, quibusque in magistratibus fuerit, si aliquos gessit: statimque omnia suffragia à tota corona accepta in duo vasa demittunt, quorum unum De si, pro albo scilicet urnulae ventre, alterum De non, vulgo dicūt, id est, probandi & improbandi, ex quibus illico supputantur mita arte & facili. Habet enim scriba tabulam certo foraminūm numero semiperforatam, super quam globulorum vis effusa statim spargitur, ductaque manu in superficie, quo sunt extra numerum, ablegat. Itaq; fere pari celeritate ingens numerus atq; ipsa unitas supputatur: duni numerant consiliarii cādida à dextris, viridia à sinistris, interim pueri redeunt aliorum competitorū nomine, donec quatuor

expla-

expleantur : quorum qui plura  
tulerit, modo dimidia excedant,  
( nam si pares sint , differuntur  
comitia) is in magistratu est. Pa-  
riter in cæteris fit quandiu du-  
rat dies. nam nox adveniens us-  
que adeo comitia solvit , ut ne  
lucernam quidem usquam ac-  
cendere liceat. Hæ suffragio-  
rum leges , hi ritus. Græcis fa-  
bæ albæ & nigræ erant in usu  
magistratum eligendorum ,  
loco pilularum auri & argenti.  
Ni vero fraus subesset , habe-  
bant & legumina suas tesseras.  
Verum de sortibus satis me di-  
xisse , ut rem illam literis eluci-  
darem , credo. Parum admo-  
dum à Diætetiis nostris differe-  
bant (inquisitores voca-  
buli & officii ratione non ma-  
le Latine dixeris ) quorum Iu-  
lius Pollux ait fuisse officium ,  
ut res & caussas , quarum natu-  
ra status nondum constaret ,  
explo-

explorarent; adque senatum verum ipsum referrent: quo in officio quotidie leguntur apud nos commissarii, ut vocant: suntque ordinarii in caussis facinorosis apud iudices tam capitales quam rerum civilium. Habetus & nostros inquisitores in singulis provinciis, qui testes audire possunt ubi ius habent, litesq; preparare iudicibus offerendas: etiam si non provocent partes, sententiā ut pedanei iudices de minimis dicere possunt. Verum nō nūit me Pollux ne suam dearbitris sententiam pretermitterem.  
Σιαγτητὰ, inquit, arbitri supra annos sexaginta nati sorte eligebantur, quibus etiam sortito αἰδίαιτω, id est, arbitria committebantur. Admissorum vero ad hanc dignitatem si quis suo munere aliquid indignum commisisset, ille aut gravi pro delicti estimatione multa plectebatur,

aut

aut summo cum dedecore de illo  
cœtu eiici solebat, exiliarique:  
ut nil sit mirum, illos tanta equi-  
tate ac constantia fuisse, quos si  
non virtus cohibere, vitii pœna  
terrere posset. Omnia itaque iu-  
dicia de rebus sacris apud illos  
veluti sanctissimos tractabantur.  
Primam vero de diis rationem  
perpetuo, seu in vera, seu in falsa  
religione, habitam fuisse omni-  
bus gentibus, constat. In rebus  
porro civilibus caussam eos non  
potuisse dicere ultra æstimatio-  
nem drachmarum decem, scribit  
etiam Pollux alio in loco; quam  
vere, ipse viderit. Quumque ab  
se cauſas ad alios iudices trans-  
ferrent, coniectis in urnam pro  
ſententia calculis, acta proferen-  
da tam actoris quam rei, apud  
illos designabant: accepta tamen  
in litis principio ab auctore dra-  
chma; quam cauſa inferiori sol-  
vebat. Ea drachma drāsus, id est,

dissidium dicebatur, in qua rationem ærarii publici referebatur; post quam alteram, qui causa cadebat, dare cogebatur. Hæc Pollux. Verum Latini quoque varia significatione. Græcæ distinctionis diætæ utuntur: primumque ea rationem quandam tenuioris victus, aut à medicis, aut ipsa conditione valerudinis ægrotis præscriptam significat: quod Cic. ad Atticum docet. Sed ego, ait, diæta curari incipio: chirurgiæ tædet. Diæta alias locum significat in domo, in quo versari solemus frequenter; aut in horto, in quo expatrii moris est, atque æstate cœnare. locus domesticus ille alioqui non male Latine cœnatio appellabitur. Diætarius servus inde dictus est, quod illic mensas ornare, & ministrare mensis soleret. Ulpianus Tit. de fundo instructo, L. Quæsitum, versus si-  
nem,

nem, meminit. Ostiarii autem, ait, topiarii, diætarii, domi tan-  
tum deservientes, continebun-  
tur. Quam egregie explicit to-  
piarios Accursius, videant qui  
illi in omnibus applaudunt. To-  
piarii, inquit, sunt qui vepribus  
& spinis agrum purgant, & fa-  
ciunt fossas. Pro iis, qui locorum  
varietatem exprimendo (nam  
87 p. 7678; id est, à loco dicti  
sunt) imagines rerum omnium  
ex arbustis, fruticibus, & herbis  
effingebant, statim somniavit  
novum officii genus. Nolo omit-  
tere diætarium furem, qui ex-  
diætis aliquid surripuisse: cuius  
idem iurisconsultus Tit. de effa-  
ctor. L. munerum, meminit his  
verbis. Simili modo saccularii,  
diætarii, erant puniendi, item &  
effractores. Vetera exépla habe-  
bant detrectarios, dignum in  
quò somniaret vocabulo Accur-  
sius. Adeo fuit olim crebrum il-

100 DE REPUBLICA

lud furum genus, ut tenuioris fortunæ homines cogerentur apud plerosque divites indumenta pro foribus relinquere, si vellet admitti: quod in Atheniensibus taxat Aristophanes in Pluton;

A'λλ' οὐχὶ φαγεῖστος ἔγειρε τέρποντας;

Nonne furatus huc venio?

Nunc autem à diætariis ad naucleros eo.

C A P. IX.

De Trierarchis.

**N**on pro celebriori dignitate, sed pro maiori numero nunc ἐγίγεγχοι, i. triremium, prefecti mihi sunt tractandi, eo potissimum nomine, quod spem salutis non raro in re navalí Athenienses posuerint. Numerum auctores non præfiniunt, quoniam pro rei necessitate augebatur, aut minuebatur. Unum id tradunt,

com-

A  
cauoris  
gerentur  
adumen-  
e, si vel-  
theatien-  
s in Plu-  
repsjus  
venio?  
; ad dñm.  
ri digni-  
ri nume-  
rium pri-  
, eo po-  
spem fa-  
ali Ath-  
erum au-  
quoniam  
oatur, au-  
graduo,  
com.  
**A T H E N I E N S I U M.** 101  
communiter duodenos id mun-  
ris una obire solitos : quibus pa-  
cis tempore sartum tectum nava-  
le præstare incumbebat, belli ve-  
ro etiam parere ducibus, & aliis  
præfectis: qua in re Veneti etiam  
imperatorem creant absolutæ, &  
veluti Tribunitiæ potestatis, qui-  
bus in locis classis conducta fue-  
rit. In civitate enim eo iure uti-  
tur. Triarchorum, seu navar-  
chorum, aut nauclerorum (nam  
pro eodem usurpare has tres vo-  
ces Græci solent, quanvis prima  
ab imperio triremium, altera na-  
vium, tertia à sorte navium dica-  
tur) erat præterea munus, ut pro-  
priis opibus & impensis in Rem-  
publ. collatis, naves triremesque  
curarent, & refici, & construi.  
Ad hæc præmonebant principes-  
senatores urbis, si quid in re nau-  
tica esset unde Respub. in discri-  
men posset adduci, si per illorum  
curam suppleri non poterat. Re-

102 DE REPUBLICA  
vera is ordo non magistratus  
( quanvis quidam Græci id tra-  
dant ) sed coactus ad contribu-  
tiones civium numerus videtur:  
qui etiam hodie à Venetis legi  
ex mercatorum , & sellulario-  
rum, atque viliorum numero in-  
gruente necessitate solet, non ut  
ministrent aliquid, sed una ats,  
aut duæ, unius triremis impen-  
sas persolvant : unde maxima  
auti vis cogitur. Ærarium vero  
populare non modicum est in  
multis locis , quas scholas vo-  
cant, ubi sub Iohanne, & Paulo,  
Antonio, Diva Virgine, religiosi  
civium, & plebeiorum cœtus  
sunt. Hoc officii genus sensim  
labefactatum emendavit Demo-  
sthenes, lege in illos lata qui eli-  
gerentur ad hoc munus : quod  
cum alibi, tum potissimum patet  
in oratione contra Æschinem.  
Videte, inquit, viri Athenienses,  
in Republ. administranda quo-

xobis

vobis commoda attulerim.  
 quum viderem navale vestrum  
 labefactatum, atque divites col-  
 lato modico ære à tributis im-  
 munis, eos vero qui mediocres,  
 aut fere nullas haberent posse-  
 siones, rem familiarem in eo ab-  
 sumere, indeque vestram Remp.  
 longe deteriori conditione fie-  
 ri: legem tuli per quam divites  
 quidem pro census æstimatione  
 conferre coëgi que iure debeant,  
 pauperes vero ab iniuria vindica-  
 vi. Et paullo post clarius multo  
 aperit. Prima legum constitutio-  
 ne sedecim una triremis unius  
 impensis satisfacere solebant, i-  
 psis quidem divitibus nil aut pa-  
 rum insumentibus, egenos ve-  
 ro cives opprimentibus: Lege  
 vero mea statutum est, unum-  
 quemque pro ratione faculta-  
 tum numerare: tumque visus est  
 qui primum decimam partem  
 impeulsarum triremis unius sup-

peditabat, posse duabus in solidum satisfacere. Unde antea non trierarchos se vocari volebant, sed contributores. Oratio eiusdem authoris in Androtonem fere tota est in hoc negocio declarando. Verum præter illa, quæ iam scripsi, nil est diversi, nisi quod solerent Prytanes corona aurea donari bene administrarenavaliter: qua negligentius curata, etiam si diligentissime cæteras officii partes absolvissent, privabantur. Latini etiam Græca voce appellant Trierarchos. Cic. aet. 3. in Verrem, ubi de testimoniosis contra illum agit, **Quia de re, ait, Charidemum Chium** testimonium propiore actione dicere audivistis, sese, quum esset trierarchus, & Verrem ex Asia decedentem, &c. Item ad senatuscons. Trebellianum. I. Seius. Seius Saturninus archigubernius ex classe Britanica,

ATHENIENSIVM. Ios  
nica, testamento reliquit fiducia-  
rium hæredem Valerium Maxi-  
mum trierarchum, à quo petiit  
ut filius, &c. Facile vincuntur  
Athenienses à Venetis. Verum  
præter Novemviro, qui armis,  
funibus, & navalib[us] præsunt, nū  
mihi scribendum reliquit Gaspar  
Contarenus Cardinalis patri-  
cius Venetus. ita ample, & ele-  
ganter illius partes descripti, ut  
vinci arte nequeat. De Turca-  
rum autem apparatu maritimo  
copioso egi in nostra Turcica  
Historia. quare ad cætera ve-  
niendum.

## CAP. X.

### De undecimviris

UNDECIMVIROS Græco-  
vocabulo τὰς ἡδεκα dici soli-  
tos, quos etiam νομοφύλακες, at-  
que ιπέχαι, id est, præsides,

106 DE REPUBLICA  
nuncupabant, ex Polluce con-  
stat. Decem-viri, inquit, singuli  
à singulis tribubus eligi sole-  
bant, quorum numerum auge-  
bat ~~τελεματης~~, hoc est, scriba.  
Horum erat officium, fures con-  
vincere, atque carcere iam de-  
tentos iudicare: præterea pla-  
giarios, quos ἀρδηποδισται dicunt, & item grassatores, indu-  
mentorumque suppilatores, qui  
Græce λωποδύται dicuntur, con-  
victos pœna afficere. Quod si  
apud illos deprehensi crimen  
diffiterentur, eos ad aliorum iu-  
dicum subsellia sistebant: apud  
quos si tormentis, aut testibus  
faterentur victi, de pœna statue-  
bant. Erant itaque veluti pœnæ  
æstimatores. quales sunt hodie  
in Gallia ii., qui præpositi Mare-  
schalorū vulgo dici solent: qui-  
bus non absimiles mihi visi sunt  
quos Turcæ Vaivod, & Vaivod-  
lar, numero multitudinis appell-  
lant.

lant. Possunt enim omne nebulonum genus comprehendere, & iudicibus proximis reddere: de poena vero statuere non possunt. Tales sunt vigilum præfecti in tota Gallia, & ditione Venetorum, &, ut facile mihi persuadeo, ubivis gentium. Locus ubi hi undecim nomophylaces iudicabant, νομοφυλάκιον dicebatur: in cuius posteriori parte ostium nomine χερσόνησος erat. quo ad extremum supplicium educi solebant fontes, non secus atque in castris decumana porta à tergo erat, qua desertores, & facinorosi milites, ad poenam educebantur. Demosth. Στιγμήτορος illorum meminit. ὅτε γοῦ, ἔοι, τὸ δεσμωτήρεον διορύξας ἀπέδρα, τότε φρὸς γωνίᾳ πινα  
 ἐρχεται ὄροματι Ζεβιαν, οὐδὲ τούχαν, οὐδὲ βοσκε, κακηνιόρος φοτέ. καὶ κρύπτει καὶ διασώζει τὰς φράντας αὐτὸς ἡμίερες, οὐδὲ ἐξάποιν καὶ ἐκά-  
 ρυπτόν

## 108 DE REPUBLICA

Ρυσθν οι ἔνδεκα. Quum enim effractis carceribus aufugit, ad mulierem quandam Zobiam nomine divertit, qua aliquando usus fuerat: ea vero abscondit, & servat primis diebus quibus undecim-viri perquirerant hominem ( Aristogitonem ) atque per praecones sibi reddi satagebant. Ex quo loco patet, statim admissso crimine illos perquirere, & comprehendere solitos: quare merito notavit Suidas, hos φύλακας à primis differre, quod illi iudices, hi populares cogerent secundum legum præscriptum vivere, facinorososque coërcerent. Adferam item alium locum ex oratione eiusdem Deinosth. in Timocratem.

Εἳαν δέ τις ἀπαχθῆ τῇ γρέεντ κακῶσιστε  
 ἥλωκάς, ή ἀγρατείας, ή, ποσειρημένων  
 αὐτῷ τῇ νόμῳ εἴργεισται, εἰσὼν ἐπη μὲ  
 γε, δισάντας ἀυτὸν οἱ ἔνδεκα, καὶ εἰσαγόν-  
 τειν αὐτὸν εἰς τὰς ἥλιαις, καταγερέ-  
 ται

τῷ Ἰωάννῳ οἴς ἔγει. Si quis  
vero denuncietur convictus in-  
iuriæ parentibus illatae, aut non  
obitæ militiæ, aut qui in ea loca  
in quæ legibus non licet, se re-  
ceperit, illum comprehensum li-  
gent undecim viri, sistantque in  
heliæa: (nomen est comitii, de  
quo suo loco:) ubi ex his quibus  
lege licet, qui volet accusato. No-  
lo hic omittere, qua arte Veneti,  
quum illorum Capitales magi-  
stratus non sufficerent, magna  
proscriptorum nebulonum fu-  
rumque turba regionem sibi sub-  
iectam liberarint. Sub finem belli  
quo ad Ticinum pugnatum est,  
multa improborum manus, tam  
ob libertatem, quam ob impuni-  
tatem scelerum, undique exerci-  
tuum colluviem contrahendo  
Venetias ibant. Admissis itaque  
illic multis sceleribus quum ali-  
quis ad poenam perquireretur,  
sciens se criminis reum ab advo-  
cato-

170 DE REPUBLICA  
catoribus, ut vocant, ad quadra-  
ginta viros criminales delatum,  
fugiensque, lite peracta proscri-  
bebatur; ut undique Venetiae il-  
lis pestibus veluti obsiderentur.  
Propositum est itaque præmium  
proscripto, quum præsentibus  
testibus ademptum caput alte-  
rius proscripti offerret Reip., si  
tamen illé ingulasset. quo siebat,  
ut quum illorum bona pars sibi  
mutuo esset nota, se ipsam con-  
ficeret: pauci ius civitatis repe-  
terent, hique munere eo donati,  
probos in posterum cives age-  
rent. Si illa lege in illos nebulo-  
nes, qui post bella insurgunt, &  
furtis, stupris, cædibusque Rem-  
publ. totam labefactant, animad-  
verteretur, aut rusticis, sua tuen-  
do, illos cædendi fieret potestas  
quoties improborum audacia  
vim legum superat, ex usu esset  
Reipublicæ.

## C A P. XI.

*De Decemviris præsidibus,  
qui Græce ὅροις vo-  
cantur.*

Q U A N V I S hi præsides in quingētum-viris, à quibus lecti erant, debebant tradi veluti una tractatione, tamen quia primum sum maiorem numerum in magistratibus secutus, quodque hi sint longe celeberrimi, illis particularem tractationem servare visum est. Ex quingētum ergo viris, singulis 10 tribuum, quinquaginta sorte eligebantur, & item ex illis sortito nostri Decemviri, penes quos singillatim erat Reipubl. summa committenda. Verum rogaret aliquis, quomodo sorte possit pro dignitate eligi, quem ipsa commendat virtus? Facile, ut visum est.

112 DE REPUBLICA  
est in Venetis, constitutis pri-  
mum sorte electoribus, qui no-  
minarent, demum nomina in  
urnas coniccta cum suffragiis  
extraherent pro sorte tribuum,  
in iuvenibus & τῷ οὐρανῷ, id  
est, in diario Reipub. ob nobis-  
titatem adscribendis. Iam dixi,  
electis 1, ex ipsis item deligi de-  
cem, suffragiis tacitis, & fabis.  
quæ res quum videatur maxime  
sortem habere, nullum virtuti  
aufert præmium, imo maxime  
secundum eam iudicat. Ex ipsis  
item decem selectis, septem tan-  
tum officium præsidis assequi  
poterant. Itaque inter illos De-  
cimvitos omnium suffragiis ele-  
ctos sors ducebatur, ne ulli fieret  
iniuria, dum tres relinquen-  
tur. At quia is qui erat in ma-  
gistratu, dicebatur δικαστής, at-  
que ἀρχοπος, præfectus & præ-  
ses, omnes eo honoris voca-  
bulo gaudebant. Id vero sum-  
mopere

ICA  
titutis p̄-  
is, qui no-  
nomina in  
a suffragis  
e tribuum,  
1. ορθηνει,  
2. ob nobis  
3. Iam dixi  
n deligi de-  
s, & fabis  
tur maximu-  
lum virtutis  
mo maximu-  
at. Eripit  
septem cau-  
dis allequi-  
er illos De-  
suffragiis ele-  
ne ulli fieret  
linqueren-  
rat in ma-  
ximis, 2<sup>o</sup>  
us & piz-  
oris voca-  
vero sum-  
mopere

A T H E N I E N S I U M . 113 .  
mopere cavebatur, ne secundo  
ulli liceret in anno eodem ad  
hanc adspirare dignitatē. Quum  
esset in imperio, arcis ætati pū-  
blici claves, & Reipub. sigillum  
servabat: itaque iungebat duo  
officia, quæ diversa sunt in Gal-  
lia, Cancellarii, & Maioris viri,  
ut vocant, in quibus urbibus est  
libertas, aut si desit Major, Præ-  
toris. Quoties autem Prytanes  
senatum convocabant, ille no-  
vem ~~adspes~~ à novem tribubus  
deligebat. ab illa enim quæ ~~adspes~~  
dicebatur, cuius erat  
caput, nullus assumi alius sole-  
bat. Præterea ex illis novem  
sortito deligebat successorem,  
cui Reipubl. habendas permitte-  
ret. In ipso porro consessu cura-  
bat ne quid in causis omittere-  
retur quod ad iudicū instruc-  
tiō faceret, ubi causas prius illis  
commisisset: quale facit aut præ-  
ses quū remittit causas ordina-

H.

rio,

## 114 DE REPUBLICA

rio, aut delegato tradit. Harpo-  
cration de epistatis hæc tradit,  
sententiam Isæi adversus Elpa-  
goram adferens. Duo, inquit,  
sunt constituti Athenis epistatæ:  
unus quidem ex prytanibus sor-  
te delectus, alter vero ex proe-  
dris. quorum quod sit officium,  
declarat Aristoteles in Athenien-  
sium politia. vulgari vero vocis  
usu δικτάτορες dicitur cuicunque  
negocio præfectus, ut notat Hy-  
perides. Librorum Aristotelis,  
quos de hac Republ. scripsérat,  
iactura me incitavit, ut dixi in  
principio, ad hoc instaurandum  
argumentum. Verum ab epi-  
statis ad proedros redeo. Πρόεδρος  
unitatis vocabulo, tanquam  
totius politiæ Dux & Princeps  
erat: multitudinis autem, is or-  
do qui cæteris præsideret magi-  
stratibus, præscribendo. quorum  
dignitas ἀρχοντία dicebatur. De-  
mosthenes in oratione κατὰ Τιμο-

εράτης

spēt̄s maximam lucem adfert  
hiic ordini: unde sententiam  
eius adferre visum est. Verba  
legis quam adfert, ita incipiunt,  
τὸν δέ την τρόπον τοποθετίας, καὶ τὰ λοιπά.  
quæ verba appendenda cu-  
rabo. Undecima primi menses  
die, postquam apud populum vo-  
ta præco fecerit, in suffragium  
ad leges comprobandas eatur,  
primum scilicet illas, quæ ad se-  
natum pertinent, secundo quæ  
ad plebem, postremo loco ad  
perpendendas, quæ à Novemvi-  
ris latæ sunt. Prima autem in suf-  
fragia coitio, sit eorum, quibus  
videntur probandæ quæ ad con-  
silium, senatumve faciunt. Alte-  
ra illorum, quibus improbandæ  
videbuntur. Hoc vero suffra-  
gium secundum legum præscri-  
ptum esto. Quod si contingat  
quasdam ex his, quæ antea latæ  
sunt, abrogari, prytaneis qui tunc  
sunt in officio, senatum de ea re-

postrema comitiorum die habento. Proedri vero eius prytaniæ de illis etiam sententiam dicunto. Primo quidem de his quæ ad Religionem, postea de nomothetis, quo ordine pro dignitate sedeant, demum unde nam possit ipsis nomothetis pecunia ad Reipubl. munia supeditari, sanciunto. Hos autem nomothetas ex eorum ordine qui in heliæa iuraverint, sumuto. (de heliæa postea dicam.) Quod si prytanes secundum legum præscriptum senatum non habuerint, pariter si proedri non retulerint secundum ius & æquum, singuli prytanes mille drachinis multantur; quæ in ætrarium Palladis consecrantur. Si proedrœ aliquis, idem quadraginta drachmas deæ dato. Illorum autem accusatio apud Thesmoothetas fiat. Pariter si æri publico obnoxius in magistratu sit, cognoscunto.

ATHENIENSIVM. 117  
scunto. Hi vero Thesmoothetæ  
sibi eo nomine delatos, criminis-  
que convictos in carcerem con-  
cludunto. Quod si id facere ne-  
glexerint, infamiae notam sub-  
eunto, consortioque Ariopagiti-  
co arcentor, veluti legum guber-  
nationem negligentes. Ante-  
quam vero de suffragiis ferendis  
senatus habeatur, quicunque le-  
gem rogaturus est, illam pro epony-  
morum statuis prescribito,  
adscriptis omnibus quas latae  
cupit, ut pro legum proposita-  
rum numero, populus ipsis no-  
mothetis tempus decernat ad le-  
ges examinandas. Qui vero no-  
vam legem rogat, is non tantum  
semel, sed quotidie pro epony-  
morum statuis eam exponat,  
donec habeatur senatus. Popu-  
lus vero quinque viros ex omni  
Atheniensium numero eligat,  
qui legum patrocinium susci-  
piunto. Hactenus de lege: nunc

113. DE REPUBLICA  
ex eodem authore atque eadem  
oratione iusurandum ~~πεντακοσιον~~,  
est adscribendum; in quo etiam  
Græca ob tædium repetendi o-  
mittenda censui. Sententiam  
feram secundum lègum, ac po-  
puli Atheniensis plebiscitorum,  
atque senatus quingentorum vi-  
rorum præscriptum. Meo favore,  
aut suffragio, nec tyrannis, nec  
oligarchia in Rempub. recipie-  
tur. Nec si quis corrupto Athe-  
niensium populo, aut statuat, aut  
πει πρεσβύτερος οὐαὶ τῷ  
εμφότατο. τὸ τέλος θαλάττη  
ταχοσιος οὐτὶ τὰς ἀδίτους ταν-  
κυκλαδες τῷ πομπήσατο καρβύζω  
τοι καὶ τὰς ἴδιας τετρανίαις. τὸ  
τετραποτίου θαλάττη, οὐαὶ τῷ τοῦ  
ειλέη στᾶ κατιζεμένη περισσο-  
τα, καὶ παλλώ νουχίας ιο' ια-  
νη, καὶ ἀταπας ἐποδην τομη-  
maiestate agens) unum arque-  
terum dicam exempli causa, c.

ATHENIENSIMUM. 163  
que notissima. Primum, quod  
quingentorum virorum sena-  
tus ab istarum tenuium val-  
varum limite tantum secretiora  
tractandi ius habet, nec privato  
cuiquam licet tum illuc introire.  
Alterum, quod Ariopagiticus  
senatus quam in regia porticu  
concederit, (locus erat Athenis)  
congregatusque omnino fuerit,  
alto silentio illic esse, atque o-  
mnes secedere necesse est. Α'πορ-  
νηση, contrariæ est significationis.  
nam expellere proscribereque  
significat: quod idem orator in  
eadem adersus Aristogitonem o-  
ratione aperit, vocans A'εστογέ-  
τορα ωᾶσι τοῖς δὲ τῷ πόλει δικῆσοι ἐπε-  
ροισθέντες, cui omni civitatis iu-  
re est interdictum. Verum quia  
Budæus de eius significationis  
varietate in commentariis lin-  
guæ Græcæ egit, de illo dicere  
amplius supersedeo. Περὶ ἵξηματων,  
id est, de aruspicibus de coelo ser-

164 DE REPUBLICA  
vantibus, deque magistratibus  
res sacras, ludos, mysteriaque ad-  
ministrantibus, hic egeram, sed  
quia erant parum apta illa hoc in  
loco, visum est ea in opus aliud  
differre.

## C A P. XIX.

*De novem-viris una, quos ἀρχοται  
Graci, id est, Principes  
dicunt.*

**C**ELEBERRIMI Athenis  
erant oī invia ἀρχοτις, no-  
vem Principes, qui eligi in eam  
functionem non poterant nisi  
præstito hoc iureiurando, Esse  
tam à patre quam à matre gene-  
re Athenienses, talesque iam ab  
avis, abavisque, atque atavis  
agnogisci. Rogabantur præterea  
an αὐτόχθονες essent, id est, indi-  
genæ, an à quibusdam aliis po-  
polis olim traxissent originem:  
quod

164 DE REPUBLICA  
vantibus, deque magistratu-  
res sacras, ludos, mysteriaque  
ministrantibus, hic egeram;  
quia erant parum apta illa huc  
loco, visum est ea in opus de-  
differe.

C A P. XIX.

De novem-viris una, quos dixi  
Graci, id est, Principes  
dicunt.

C E L E B R I M I Atheni-  
cerant oī invia ἀρχην, <sup>de</sup>  
vem Principes, qui eligi in en-  
functionem non poterant, <sup>de</sup>  
præstico hoc iureiurando, El-  
tam à patre: quam à matre genti-  
re Athenienses, talesque iam ab-  
avis, abavisque, atque atavi,  
agnosci. Rogabantur prætere-  
an αὐτόχθονε essent, id est, indi-  
genæ, an à quibusdam aliis po-  
polis olim traxissent originem:  
quod

A T H E N I E N S I U M . 165  
quod & Veneti in agnoscendis  
nobilitatis liberis factitant. De  
religione, si esset ipsis Ζεὺς ὄρκεος,  
Iuppiter penetralis, tutelarisve,  
Α'πόλλας παντοῖος, Apollo avitus  
authorve. De vita anteaacta, si  
in parentes beneficia contulis-  
sent, si pro patria, aris, focis,  
arma fuissent ab illis sumpta, si  
publicis honoribus, meriti in  
Rempubl. collati ergo, donati a-  
liquando fuissent. quas notas  
consequuti admitti poterant,  
non aliter. Hæc illos interroga-  
bant Ariopagitæ in regia porticu-  
que paullo ante tradita est. Exhi-  
bito primo iureiurando, hoc se-  
cundum addebant. Se perpetuo  
servaturos leges, auream statuam  
nunquam pro quantumvis in  
Remp. magno beneficio postu-  
laturos: non δωρεὰδικίσειν, id est,  
sordes & quæstum iudicii causa  
sestaturos, qua data fide, in Acro-  
polin Atheniensium arcem à se-  
natū,

366 DE REPUBLICA  
nātu , ubi ibidem jusjurandum  
repeti moris erat, deducebantur.  
Non absimile à senatu Veneto  
folitum est ei fieri qui classis ele-  
ctus est imperator, quem Provi-  
datorium vulgo dīci, expositum  
à me est prius , diverso tamen  
longe sacramento. Is enim pro-  
specturus rebus bellicis, annoq;  
ac classi est : illi legum vim admi-  
nistrale solebant. Ubi in arcem  
excepti erant , quanvis omnes  
ἀρχοντες dicerentur , tamen θε-  
ρησθέν, unus ἀρχων ἵππουμος , de  
quo dixi , alter βασιλεὺς , id est ,  
Rex, tertius πολέμαρχος , magister  
militum dici solebat : de quibus  
ipsis singillatim sum modo di-  
cturus.

C A P.

166 DE REPUBLICA  
 natu , ubi ibidem ius iurata  
 recipi moris erat, deducebam  
 Non absimile à senatu Vero  
 solitum est ei fieri qui classis et  
 etus est imperator, quem pro  
 dadorum vulgo dici, exposuit  
 à me est prius , diverso tempore  
 longe sacramento. Is enim pos  
 specturus rebus bellicis, anno  
 ac classi est: illi legum vim adi  
 nistrare solebant. Ubi in annis  
 excepti erant, quanvis omnes  
 dicerentur, tamen &  
 p̄misit, unus dicitur in annis de  
 quo dixi, alter Panis, id est.  
 Rex, tertius magister, magistri  
 militum dici solebat: de quibus  
 ipsis singillatim sum modo &  
 eturus.

## C A P. XX.

## De Eponymo.

**A**B Eponymo τὰ δονούσια, id  
 est, Bacchanalia, & Σεργία, id  
 est, Apollini & Diana sacra,  
 unde Σεργία, mensis Aprilis di  
 gitus est, administrari consue  
 verant. Lites τῶς κακῶτων (qua  
 voce primo lites quæ inter vi  
 rum & uxorem acciderent, se  
 cundo mutuæ inter parentes a  
 ctiones aut liberorum ingrato  
 rum erga progenitores, & item  
 plura, quæ in tractatu de actio  
 num vocabulis tradere decrevi,  
 significantur) audit, atque iudi  
 cat: pœnam τῆς αρρεγνίας, id est,  
 iniuriæ per temulentiam illatæ  
 statuebat. Illius curæ commit  
 tebantur orphani, ad quos de  
 fendendos tuendosque, ἀποβάτες,  
 tutores viros, singulari inte  
 L 4 gri-

gritate, diligere solebat; qui ius etiam inter legitimū & institutū hæredem dicere ex officiis ratione solebant. Hos Græcia τῷ ὄρφανῳ ἀπηρόπτες, id est, orphanorum tutores, ut ab his apposita dictione different, qui χωρῶν κλήροις, viduarum defensores dici consueverant, vocare solebat. Postremi viduas quæ post mariti mortem gravidæ remanserant, diligentius conservabant, atq; posthumis prospicere soliti, curabant, viduas pupillosque diario inductionum eximi, publicisque contributionibus liberari. Qua in re quam simus negligentes, id satis monstrat, quod nullus ad id munus magistratus peculiaris deligi solet: & præclaris interim verbis pietatem intonamus, in qua exercenda facile non tantum à Muhamedicis, sed & ab ethniciis vincimur. Επίτροπον alioqui si sine adiecta alia

168 DE REPUBLICA  
gritatem, diligere solebat; quia  
etiam inter legitimum & ini-  
tutum hæredem dicere ex offi-  
ratione solebant. Hos Graeci  
της ἐργάτων τετράπολεων, id est,  
phanorum tutores, ut ab his up-  
posita dictione different, quia  
τετράπολεων, viduarum defensor-  
es dici consueverant, vocari  
solebat. Postremi viduas qui  
post mariti mortem gravida re-  
manerant, diligentius conser-  
bant, atq; posthumis prospicen-  
soliti, curabant, viduas pupillæ,  
que diario inductionum eximi-  
publicisque contributionibus li-  
berati. Qua in te quam sumus  
negligentes, id satis monstrat,  
quod nullus ad id munus magi-  
stratus peculiaris deligi solet:  
& præclaris interim verbis pieca-  
tem intonamus, in qua exercen-  
da facile non tantum à Muham-  
dicis, sed & ab ethnicis vincimur.  
E' n' sp' posse, alioqui si sine adiecia  
alii

ATHENIENSIA. 169  
alia voce acceperis, cuivis nego-  
cio præfectum notabit. Iam su-  
pra docui, fastorum seriem, re-  
rumque gestarum memoriam, ab  
hoc eponymo magistratu nota-  
ri scriptis publicis privatisque  
solitam: quod verum semper  
erat, nisi quod in ἀρχαιοτήτας,  
id est, magistratum electione,  
sub anni Principio fieri ad ali-  
quot dies solita, ita supputabant,  
της ἡρέτου αριθμεῖας τῆς δεκάτης ἢ ἑπτακόντης, primæ prytaniæ deci-  
ma, aut undecima. Cicero mo-  
rem Græcorum exprimere libro  
de fato voluit. Morietur, in-  
quit, Epicurus, quam duos &  
sexaginta annos natus vixerit  
Archonte Pythonato. Voluit &  
genitivum Græcorum in ablati-  
vum Latinorum transferre Græ-  
co vocabulo. Proprie itaque  
dicebatur ἀρχετὸς ἢ ἱπταμενος, id est,  
Princeps unde res gestæ ra-  
tionem temporis, nomenque,

acciperent. De eponymis statuis iam ante scripsi. Αρχιπατημος nomen erat magistratus illius. Unum nolo omittere, quod hi ius civibus tantum dicerent, in iisdem vero caussis πολέμαρχος inquilinis.

## C A P. XXI.

*De Rege.*

**B**AΣΙΛΕ'A, regem, sacrificium interpretatur Livius: unde possumus confirmare, (quod saepius exposui) Romanos non tantum legum exemplum à Græcis expetivisse, sed & Reipubl. imaginem hinc sumpsisse. Quemadmodum enim hi rege sacrificio sacra fere omnia administrare solebant, ita nomine sacerorum prima erat Athenis autoritate Rex. Prima enim muneris dignitas illi erat, quod τὰ εἰλικήναις

et aliis Cereri & Baccho sacra à ludorum curatoribus fieri pro moris usu curaret. In singulis enim ludis Athenienses suos χορηγούς, id est, choragos, seu adiutores, habere solebant, qui non tantum (ut iam à me est notatum) præerant ludis, sed & liberalitate pro opū ratione in Reip. impensas utentes, de suo non parum insumebāt, eo solum nomine, quod illorum essent præfecti, quemadmodum in certaminibus ἀθλοσίοι, munerarii, athletis partim ex suo, partim ex publico ere præmia proponebant. In choragorum munere & privilegiis aperiendis tota Demosthenis in Medium oratio versatur. si quis itaque copiosius de illis legere cupiat, illam legere poterit. Horum exemplum in mysteriis (ita tragœdias, comœdiasque vulgares, quæ vitas heroum pro Christo passorum personatis hominibus

## 172 DE REPUBLICA

minibus plebeiis exponunt, vulgo dicunt ) frequens usque adeo est, ut multi inde rem familiarrem, dum lucello inhiant, decoquant amplissimam. Athlotheta rum exempla crebra sunt in singulis urbibus, quæ aut iactu balistæ, ignei tormenti, arcus, aut etiam palæstre, exercitatione militem exercent. Curabat præterea noster sacrificulus sacra τὰ ἀρμπάδι, quæ videlicet ad lampadem fierent. Quæ vero ea essent, quave ratione obiri solita, ita scriptum reperio. Tria, ubi semper lampadis usus erat, festa Athenienses habuere, Ἀθηνᾶ, ἡ Ζευσιά, οὐρανοθεῖα, Miner-væ, Vulcano, Prometheo. Suidas ait, Istrum scriptum reliquisse, quod cum Athenienses sacra Vulcano facerent, lampadem excogitassem : ob cuius rei memoriam perpetuos illi ludos consecrariunt, in quibus usus sem-

per

per esset lampadis. Ut vero gratiam referrent etiam prudentissimæ artium inventrici Palladi, itemque Prometheo primo supra literarum memoria artium variarum inter homines propagatori; sanxere ut pariter in illorum sacris eadem lampade posteri uterentur. Quæ quum altius contemplor, ut non possum satis admirari, quam nullam fere ob rem, aut vilioris, & quam facile rideas artis excogitationem, leviter, temereque, ne dicam impie, credula nimis antiquitas multa hominum monstra in deorum numerum reposuit, ut ostenderet, religiones illas opinione, non veritate nixas: ita vehementer mihi subit illorum è diverso admiratio, qui semper persuasum habuere, nil boni in hac vita sine lumine atque adminiculo cœlesti se posse consequi: quod yehementer illorum refel-

lit

litamentiam, qui sine providentiæ munere res istas bene geri posse credunt. Peractis sacris, etiam controversias quæ illorum cauſſa inter gennetas oboriebantur, dirimiebat. Qui eſſent Ἀθηναῖ, ex Harpocratōne subdō. Ταῦται, inquit, ſunt eiusdem generis, familiæve participes. Qum enim Atheniē ſum populus eſſet in certas partes diuſus, maximæ, ut diximus, φυλαὶ, id eſt, tribus vocabantur. quarum ſingulæ trifariam partitæ τριπλαὶ creabant. quæ etiam φερτεῖαι dici solebant, οὐδὲ τὰ φερτὰ, à puteo videlicet, cuius erat in eadem vicinia communis uſus. (dixi iam in demarchis, etiam quamlibet tribum propter nautica munia in duodecim partes ſeu ναυκαργίας partiri.) quælibet vero φερτεῖa (persequitur Harpocrat.) ſacrorum gratia in triginta partes diviſa creabat

2. *πέρος.*

κώσ, nougenteſimam populi Atheniensis partem: cuius ſinguli patres familias φύνται vocari solebant: inter quos ius de ſacrorum administratione dicebat. Subdit idē author, Isæum in oratione pro Apollodori hæreditate οὐγχεῖς, & φύνται, vocabulo abutendo, eosdem dixisse: Philochorum præterea φύνται interpretatum ὁμογαλάκται, quaſi collactaneos dicas. De cæde cauſas, quas ex præcognitione, aut ex occaſione rei obvii, præoccupare poterat, in ſenatum Ariopagiticum introducere solebat: ubi vero reos ante tribunal ſtitifer, deposita corona iſpis Ariopagitis affiſebat, ſentētiam pro ratione criminis primus dicturus. Ad hæc rerum inanimatarum cauſas, verbi gratia de dāno ab obice in via publica dato, de ruiна ex tigno communi, maceriis, ædibus ruinam minantibus, & huius-

huiusmodi, audire solebat, qui si-  
que teneretur earum nomine, iu-  
dicio declarare. Qui ille erat sa-  
crorum Princeps. De vocabulo  
quo illum honoris ergo Athenæ  
donarent, deque cæteris sacra-  
rum rerum curatoribus, pariter  
de ludis, festis, & huiusmodi,  
plura hoc in loco scripseram, que  
etiam ipsa commodius in suum  
ordinem operi peculiari servare  
visum est.

## C A P. XXII.

De Polemarcho Tribuno mi-  
litum.

**T**ΩΝ δὲ ἀρχόντων τρίτος ὁ  
πολιμηρχος. Principum tertius  
erat polemarchus: qui quo voca-  
bulo melius Latine dici possit, et  
iam officii explicatio planum fa-  
ciet. Præerat primum Diana  
& Martis Enyalii sacris, ob eam  
rem,

rem, quod hi potissimum rebus  
bellicis præire crederentur: quod  
Homerus epithetis appositissi-  
mis expositū reliquit, dum illam  
ιοχέας, hoc est, telis gauden-  
tem, hunc ἀλογόστατον, μιμεότ-  
τον, τηχοπλάκτην, id est, incon-  
stantem, homicidam, murorum  
usbiumque eversorem vocat.  
Certamina etiam ἀπόφιλα or-  
nari & disponicurabat polemar-  
chus. Erat olim præclarus Athe-  
niensibus mos, ut, quotquot in-  
bello pro patria fortiter occi-  
buissent, eos in diario adscriptos,  
nominum & rerum ab illis præ-  
clare gestarum crebra recitatio-  
ne, celebratione, & gloria, præ-  
sente universorum civium coro-  
na, post tam felicem mortem, lu-  
dis & celebritate publica cele-  
brarent, certaminaque à iuvena-  
tute fierent, quæ dicerentur ἀπό-  
φιλα, id est, sepulchralia, in qui-  
bus ipsi iuvenes gloriæ cupia-

ditate ad rem bellicam, mortis contemptum, amorem Reipubl., usque adeo beneficiorum in se memoria inflāmarentur. Quamvis enim virtutis præmium vir bonus in conscientia, minus perfectus in gloria ponit, tamen verum est & illud Silii ,

*Nec reperire licet multis è millibus unum,*

*Virtutem premium qui putet esse suum.*

Qui itaque gloriam è rebus humanis tollit, is virtuti alas præcipuas adimere videtur. Tribus enim illa rebus potissimum alitur: unica gloria in magnis viris, cui præmium accedit: in tenuioribus, & quos non usque adeo incitat, formido, & præsens poena, illam in improbis inserit: qui non raro inde habitum facultatemque ad duo prima sibi comparant, ut iam scilicet non incepti,

inepti, præmio digni sint: quo  
eveeti, in gloriæ cupiditatem,  
quæ illos in virtute retinet, trans-  
eunt. Præscribi præterea à Po-  
lemarcho solebant cantilenæ &  
versus quidam, in laudē defun-  
ctorum, & virtutis: qui ipsi-  
juvenibus decantandi in ludis  
publicis dabantur. Qui ordinem  
in bello reliquissent, qui imini-  
nente periculo fugissent, (quæ  
crimina λειποταξία & δηπτερία vo-  
cant) eos ad senatum Ariopagi-  
ticum deferebat condemnandos.  
Singulis tribubus manubiarum  
partes dare: inquilinos qui sine  
census persolutione aut vade  
Athenis agerent, multare: ius in-  
quilinis, & ιοντολίσται, id est, po-  
pulis, fundis civitateq; donatis,  
dicere: legatis prospicere: in sū-  
ma, rei militaris & inquilineorum  
omnia tractare terminareque  
consueverat. Scribunt non pau-  
ci authores, & urbis claves ad

180 De REPUBLICA  
eum deferri noctu solitas, porta-  
rumque custodiam tradi: quod  
munus in liberis Galliae civitati-  
bus illorum est quos vulgo Ma-  
iores vocant. Verum quia is rei  
militaris summam habuit, volo  
hoc in loco cæteros belli Duces  
attingere.

C A P. XXIII.

*De militaribus officiis.*

S U B E R A N T πολεμάρχῳ duo  
*σιταράρχοι*, equitum magistri,  
ut refert Harpocration Aristotelem in Atheniensium politia  
scriptum reliquisse: quibus non  
tantum equestris ordo, sed uni-  
versus quo in loco erant pareret  
exercitus necesse erat: alioquin  
animadvertere in facinorosos  
imperiumque detrectantes sta-  
tim licebat. Curabant præter-  
ea, ne quis ab Ordine aut à Du-

ce sc:

ce semel delecto recedere, indi-  
cta caussa urgente, sine illorum  
permissu, pœna capitis, auderet:  
ut modum in victu & cultu ser-  
varet: ne se sarcinis graviorem  
victumque redderet: ne iniuriam  
popularibus inferret: & cætera  
huiusmodi militibus præscribi  
solita. quibus in observandis mi-  
rum quam simus socordes. So-  
brietate, continentia, obedientia  
olim Galli non tantum Europam  
totam subegere, sed & Asiam to-  
tam incurrendo terruere: nunc  
venus, ingluvies, ebrietas, pervi-  
cacia, Ordinis & Ducis contem-  
ptus, furtæ, cædes, rapinæ pro-  
priorum civium & popularium,  
nos deliciis involventes, in con-  
temptum vertunt. si interim à  
Duce viro probo expetatur pœ-  
na de eius milite, audet turbas  
& factione in excitare; se abdu-  
eturum ad alium plures, commi-  
nari: & hæc patimur: unde inulta-

scelera illos furcis quotidie reser vant. Verum frustra queror; capita non infre quenter sunt membris deteriora. Hoc tam difficile, tamque laboriosum munus per ταξιάρχες, id est, ordinum praefectos, obire solebant. Hi enim ordinum duces, centuriones, decuriones, levioris que armaturę milites, in ordinē cogere solebant, quod Graeci παραστάζει dicunt. Erant Athenis & decem φύλαρχοι, id est, Tribuni, tribuumve praefecti, quos quidam scribunt ( quibus non facile assentior ) hipparchis praefuisse. Diversum vero me sentire Demosthenes facit Philippica I.

ἐν ιχθυοτοπίᾳ. Οἱ δὲ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχες καὶ στρατηγες, καὶ φυλάρχαι, καὶ ταξιάρχαι δύο; τί οὖν ἔτοι ποιήσοις? Nonne elegistis ex vobis decem ordinum praefectos, ac duces, tribuumque praefectos, & magistros equitum duos? hi igitur quid faciunt?

ATH  
 ciunt? Voo  
 diversitatene  
 dice dicend  
 monstrant,  
 equites illi,  
 erant, quo  
 sacra eque  
 erant. Voo  
 est Cicero  
 bus. Veru  
 mihi parum  
 tia, recede  
 tingat que  
 fessori in  
 pud Hann  
 praeclare  
 niores nu  
 abstrusa  
 riant, dete  
 prasset. Po  
 se quidem  
 disse, sed  
 litaret, vi

ciunt? Voces diversæ, muneris diversitatem significant, & ex ordine dicendi, functionis seriem monstrant. *ταχεῖς* porto, id est, equites illi, quibus *ταχέως* præerant, quotannis *ταπάσθαι*, id est, sacra equestria persolvere soliti erant. Voce *φυλάρχῳ* Græca usus est Cicero in epistolis familiaribus. Verum ab hac tractatione, mihi parum cognita, ne experientia, recedo, ne idem mihi contingat quod olim sapientiæ professori in Græcia Phormioni apud Hannibalem contigit. quum præclare enim, ut literæ humaniiores nullius rei quantumvis abstrusæ expertes illum docuerant, de re militari ex arte disceplasset, Pœnus subiunxit, multos se quidem delitos senes sæpe vidisse, sed illo uno qui magis deliraret, vidisseneminem.

## C A P . XXIV.

## De sex Thesmoothetis.

**V**E LUT I summa capita in iudiciis sex Thesmoothetæ cum tribus iam scriptis, tribuum duces, equites, equitumque magistros, eligere solebant; alioquin horum præcipuum munus erat, in iudices, legum præscripto non utentes in iudiciis, veluti custodum totius Reip. & observatorum, severissime animadvertere: ita loco illorum sane nos regios procuratores & advocatos habemus, sed apud quos non raro ἀχεὶ τῶν χεῖσθαι νίπτει. Scorsum porro. Senatum extra præscriptū iure aut consuetudine tempus cogere poterant: quod quanti esset muneris, quantæque auctoritatis, ut hodie satis patet, ita Romani magno docuere argu-

mento.

mento. Licebat enim apud eos tantum dictatori, consuli, prætori, & in summa rerum difficultate Tribunis tam militaribus, quam plebeiis, id efficere. Habitato senatu, illius acta significari popularibus curabant. Litem intendere præterea solebant in eos magistratus qui nondum omnium suffragio examinatam legem promulgassent, quam actionem παρεγράφων γραφών vocari iam supra in nomophylacibus notavi. Erant enim singulares legum vindices. Populis, fundis præterea, qui Atheniensium iure uterentur, ius præscribere, in falsos testes pœnam statuere, talionis pœna falsum accusatorem plectere, iudicibus singulis cum proedris sedes honoris loco designare, illorum fuit muneris. Hoc munus in constitutis iudicibus probe observari à Quatuorvitis præsidibus

apud Parisios videmus, aut, si alii non sint, ab uno, qui curiae præsideat. Sunt enim apud nos, præcipue Parisis, (quū alioqui in Gallia sit cōventus Rhotomagensis, Burdegalensis, Tolosanus, Gratiopolitanus, & Divionensis) plures ut vocant cameræ, quæ subsellia non male vocari credo, à quibus varios iudices quotānis dari certum est. Alibi enim causæ civiles, capitalia alibi crimina, alibi questio rerum fiscalium tractatur. Iura Principum alii, multas alii exigunt. quæ prosequi, effet aliud opus, si pro materia dicatur. Verum hæc me admonent ut subselliorum Atheniensium loca nunc attingam.

## C A P. XXV.

*De tribunalibus, subselliisue,  
in quibus Athenis ius  
dicebatur.*

**U**T clarius singula appareant, Demosthenis omnium doctrinarum Principis ex oratione *A'εισχότες* sententia mihi primum in medium adferenda videtur. Illa enim lucem sequentibus maximam adferet. Ubi ergo in memoriam ipsis Atheniensibus illa publica commoda retulit, quibus illi fruerentur quotidie, qui civitatis iure utebantur, quorumq; Charidemus, (in quē partim ea oratio scripta est) si secundum Aristocratis decretum, ipsum Athenienses receperissent, particeps esse poterat, ait: Varia quidē certe sunt apud vos δ Athenienses commoda, qualia non

non temere alibi reperiatis: inter  
quæ unum illud præcipuum est,  
non minus celebre, quam vene-  
randum, Ariopagiticum tribu-  
nal: de cuius dignitate si quis-  
quam orationis copia dicere co-  
nabitur, (tam varia, magnaq; de  
illo tum ab antiquis tradita, tuin  
nostra memoria cognita sunt)  
tanta se dicendorum moles offe-  
rat, ut de nulla alia re maior. quo-  
rum tamen ipsorum exempli gra-  
tia unum atque alterum adfec-  
ram in medium: utque primo  
ab antiquis est traditum, refe-  
ram. Dii ipsi senserunt, illic po-  
tissimum cedis iudicia peragi de-  
bere, (ita fama est) ibique potis-  
simum iudices fuere. Neptunus  
pro Halirrhothio filio adversus  
Martem id testatur. Duodecim  
dii iudices inter Orestem & Fu-  
rias illic sententias dixerunt. At  
ista antiquiora videntur. Venia-  
mus ergo ad recentiora. Tanta

huic

AT  
huic senat  
Semper ha  
raonis, nec  
corum po  
est ) nec et  
administra  
superat De  
fuerit cas  
transferte.  
sum semper  
putavere, c  
exacte veru  
tatem in c  
sequi. Ad b  
maximum  
reus convi  
non convi  
merito ab  
set provo  
quicquam  
tito posse  
tum est. I  
ius verba  
tend pau  
Pausanis

huic senatu reverentia, tanta est semper habita fides, ut nec ty-  
rannis, nec oligarchia, (quæ pau-  
corum potentiorum imperium  
est) nec etiam quæ universarum  
administrationis specierum vim  
superat. **D**emocratia, ausa usquam  
fuerit cædis iudicia ab eo loco  
transferre. Ita omnes in univer-  
sum semper sua consilia debiliora  
putavere, quam quæ possent tam  
exacte verum ipsum atque æqui-  
tatem in causis tam feliciter as-  
sequi. Ad hæc etiam (quod ipsum  
maximum est) nemo unquam aut  
reus convictus, aut accusator  
non convincens repertus est, qui  
merito ab eorum sententia pos-  
set provocare. Nunquam enim  
quicquam quod reprehendi me-  
rito posset, in co collegio decre-  
tum est. Hæc Domosthenes, cu-  
ius verba appendere ob dignita-  
tem paullo prolixius visum est.  
Pausanias in Atticis ita tradit-

Prima

## 190 DE REPUBLICA

Prima quidem, ait, in dextra  
τῆ μερικῆ parte est στὰ βασιλεῖα.  
regia porticus, in qua annuo  
magistratu solet Rex sedere, cu-  
ius magistratus ἡ βασιλεῖα ἀπχε-  
ci solet. Harpocration ex prima  
Demosth. in Aristogitonem o-  
ratione, tres esse τὰς βασιλεῖς,  
porticus regias, invicem è re-  
gione collocatas, ait. Primā Δι-  
ναδρεῖ, Iovis liberatoris: al-  
teram regiam vulgarem, usita-  
tamque: tertiam variis figuris  
ornatam, quam ideo ποιητὴ  
dixerunt Græci. Sed verba Pausa-  
niæ prosequor. Αὐτὸς οὐαῖος, in-  
quit, id est, Martius vicus, dictus  
inde est, quod Αὐτός, id est, Mars,  
condemnatus illic est eo quod  
Αἰρρόποτον occidisset. ubi & Ore-  
stes ob matrem imperfectam iu-  
dicatus est. Qui sententię pœnā  
effugeret, aram Palladi instituit,  
quam ἀψίας Αἴθιως βαυόν, id est,  
Martię Palladis aram vocavit. Et  
paullo

paullo mox: Sunt etiam Athenis  
alia tribunalia non usque adeo  
ut primum celebria: ut est *τριγωνον*, à figura trianguli ita di-  
ctum: & *πραξεις*, ita nuncupat-  
um, quod in obscuriori urbis lo-  
co (erant Athenæ in declivi lo-  
co sitæ, Libonotoque obiectæ)  
esset, atque à paucis frequentare-  
tur. Maximum vero omnium,  
& in quo plures convenirent,  
erat *ἱλιαῖα*, de quo iam dictum  
est. In quo autem homicidæ,  
venefici, siccarii, & maxime cauſ-  
sæ capitales iudicarentur, illud  
vocabant *παλάστραι*. Ei *διληπία*  
ius illis dici solebat, qui cædem  
quidem commisissent, iure vero  
naturæ tuendæ se fecisse assere-  
rent. In prytanio de rebus civi-  
libus, ut supra à me est notatum,  
transigebatur. *τημερεῖα* (qui lo-  
cus ad portum non longe ab arce  
erat) iudicia *ορθόδοξα* erant,  
ubi videlicet illorum audieban-  
tur

tur accusationes qui iam iudicium extra Arium pagum effugissent: qui veluti profugi causam ex navibus dicere consueverant. Hæc Pausanias paucis explicat: à quo ad lucernam Demosthenis rediens, volo maiorem lucem adferre. Postquam de Ariopagitis supra egit, in eadem oratione statim subiungit: Alter autem iudiciorum locus ἀναμάσιο erat, ubi de cæde præter voluntatem, vimque repellendo illata, quærebatur. Illic enim quanvis manifesti criminis reum defuncti necessarii agerent, non tamen poenæ arbitrium habere poterant, sed ab ipso senatu cognita caussa alio ille concedere iubebatur, quoad parentum animi desinerent in eum esse infensi. Solebant vero poenam aestimare apud antiquos læsi aut interempti affines, præterea in ius presentibus rapere testibus quoclibet

AT  
libet adve  
caquidem  
mosthene  
nō, iā  
pn. rāj rā  
quit, hab  
modos leg  
quibus ad  
tentes utar  
ti vin' alic  
viribus? fa  
stat? Rape  
ros, est eni  
periculum  
non probe  
qui in ius  
re? Agito  
rem ἀπόχει  
deferre ti  
thesmooth  
conquerer  
per? no  
chmis sc  
Furti ap  
potes, n

libet adversarium: qua de re pauca quidem adderè visum est. Demosthenes in Medium: *τῶς ἐν τοῖς πόλεσιν, οὐδὲν δέοντα διὰ τὴν τοιαύτην τάξιν πάτερνον.* Quomodo, inquit, habebit istud, si plures modos lege permisso dedero, quibus adversus iniuriam inferentes utamur? Verbi gratia, furti vin' aliquem accusare? vales viribus? factum tibi certo constat? Rape in ius ad undecim-viros. est enim mille drachmarum periculum in multa, si factum non probes. Es tu debilior, ut qui in ius non possis facile rapere? Agito illum furti apud novem *ἀρχοντας*. Quod si apud illos deferre times, accusa apud sex thesmothetas. De tua fortuna conquereris, quodque sis pauper? non potes esse mille drachmis solvendis si non probas? Furti apud arbitrum accusare potes, nil tibi erit inde pericu-

ii. Sexcenta sunt huiusmodi ad-  
minicula ad ius consequendum.  
Satis ex verbis Demosthenis ap-  
paret quod dicebam , cuique in  
ius sine viatore , aut apparitore,  
(quos servientes vulgo in Gallia  
vocant ) adversarium rapiendi  
potestatem fuisse. Quod vero  
idem exemplum Romanum sit tra-  
latum , quum ex multis aliis lo-  
cis , tum maxime ex titulo dige-  
storum , Si quis illum qui in ius  
vocatus est , vi eximat , satis patet:  
& Lyricus satyra nona libri primi  
aperit;

-- Casu venit obvius illi  
Adversarius : &c , Quo tu tur-  
pissime magna  
Exclamat voce . &c , licet atte-  
stari ? ego vero  
Oppono auriculam , rapit in ius ,  
&c.

Quo ex loco notandum venit  
præterea , si quis vellet attestari  
rogatus ,

rogatus, cum, ut meminisset, ab aetore defricari memoriae gratia circa auriculam solitum: quod & nostra aetate video servari eadem ratione, proverbiique loco esse apud multos, Post auriculas te ea de re defricabo, scalpam ve. quod a vetustissima Romano- rum consuetudine ad nos transiisse certum est. Verum redeo ad subsellia. Παλλάδιον ait Pollux eversa Troia a Græcis Athenas fuisse delatum: habitatores vero Phaleri, qui portus iuxta Piræum Athenis coniunctus est, illos esse hostes arbitrati, in mare præcipites dedere. Acamas etiam dixit Græcos fuisse homines qui Palladis simulacrum attulerint: occisos itaque oraculum vocavit αγιατας, quod quum essent amici, conterraneique, ut ignoti periere: quo in loco ob rei memoriam Palladium sacrum, & tribunal constructum est, ubi de

cæde involuntaria ius dicere-  
tur, quoniam illos Phalerei non  
nocendi, sed opitulandi patriæ  
desiderio imprudenter veluti ho-  
stes occidissent. Subdit Demo-  
sthenes: Tertium porto tribunal  
fuit & ~~σταθμόν~~, ubi ius illis dici  
solebat, qui cedem quidem com-  
mississe se non negarent, iure vero  
eam fecisse contenderent. Esse  
enim aliquam iuste illatam cæ-  
dem, non negabit, quicunque  
deosipso, qui ~~et~~ quissimi putan-  
tur, illic Orestem, qui matrem  
tamen, sed iuste, occiderat, post  
dictam caussam novetit absolvise.  
Ab Ægeo id constructum nar-  
rat Pollux, unde Apollo Delphi-  
nius, Bellona Delphinia dicta  
est: primumque ibi iudicium re-  
cepisse Thesea, quum predonum  
spolia dicaret deo, non quidem  
negando, Pallantidiorum cedem  
se commisisse, sed sancte id fecisse  
contendendo, ne illi aut ei, aut

Reipub,

Reipub: nocere pergerent. Quartum ( ait Demosthenes ) erat , ἐλῶ, ὅπῃ πευταρέμ, ubi solebant huiusmodi caussę tractari: si quis in via transiens , ab obice illato , lapide scilicet , ferro , ruina , aut alia quavis re inanimata , aut etiam ab ignoto percusso fuisse l̄esus , coniecturis argumentabantur , si qua arte possent in illius qui damnum dedisset , aut dati caussa fuisse , cognitionem venire: qui inde probationibus vicitus , condemnabatur pro rei ratione. In illius tribunalis iudiciis , quibus Rex , de quo egi , præterat , assidebant φιλοβασιλεῖς , reges assessores , amatoresve , qui reū post perquisitas coniecturas , si non constaret de authore , corrumphi , & in flumen mareve propici , in pœnæ signum curarent . Πέμπτον βῆμα τὸ ἀφίσην , quintum tribunal in loco quem q̄s̄l̄ap , id est , puteum vocabant .

alioqui τὸν αὐθεντικὸν dici solebat: ubi si quis post cædem contra voluntatem admissam, aliam voluntariam commisisset, cogebatur dare facti rationem, idque ex navi (veluti solo proscriptus) quæ nec anchora, nec rudentibus ocularibus retineretur. Ibi primum ιφέτας ius dixisse fama est. Persequeretur ex Demosthene ἡλίας, nisi iam sæpius esset à me scriptus ille confessus. Εὐλόγοι in Lyco conveniebant arbitri, & illi iudices qui causis terminandis adiungerentur. Μέτροι addidit Pollux, nomine tantum, verum quid illic tractaretur, non docet, nec apud alium legi. Nolo hic immorari in iudiciorum verbis aut formis explicandis, quæ multa huc congesseram, ne operi, ad res ipsas declarandas pato, videar & Grammatica inserere: quod alibi fiet commodius: sed tamen absolvere curiarum & iudicio-

diciorum vocabula, ut sunt mihi promiscue observata, nunc commodius iudico. Ηλιαστης καὶ κριτης, idem significant, iudicem ordinariū, ut aiunt. Εκκριτης καὶ δικαιος, à Cicetone lectus iudex dici solet. Υποστη, omnium senatum & iudiciorum generale nomen est, à senili ætate (qua pars est, aut certe moribus, esse iudices) dictum; peculiari tamen vocabulo ita vocari quinquaginta εφόρων consilium apud Lacones, scriptum reliquit Aristoteles. Hoc enim εφόρος nomen quamvis generale est præfecturæ cuiusvis nomen, tamen & magistratum eum significat, ut & ista, θητάτης, πεσσάτης, θητηποτος, ἀρχων, ταμιας. επίσκοπος. Omnia enim præterquam quod sunt dignitatum vocabula, communia etiam sunt. Nominē γερουσιας præterea decem κέσσους apud Cretones etiam notavit Aristoteles.

200 DE REPUBLICA

reles. Illam vocem ex Græco in Cicerone Senatum vertit Gaza.  
Hymoriam etiam nō dīmagheisū vocari, ex oratione Aeschinī in Cresiphontē notavi, iudicium quodlibet, quoties in eo iudices ius dicerent. Confessum præterea iudicūm σωματεῖαν, ipsosque iudices σωματεῖς, quod communi fede uterentur, reperio diei, id est, assessores: qua voce Hebrei, ut LXX. sapientum confessum exprimerent, sunt usi, סנהדרין sanhedrin vocando:

C A P. XXVI.

De assessoribus, quos Graci  
σωματεῖς vocant:

JUDICIIS solennioribus sex  
σωματεῖς, à singulis trium ἀπόχορτω, bini delecti, solebant adesse: quos ex Aristotelis Atheniensium politia recitat Suidas tan-

tantum fuisse quatuor: de quo numero non contendō, quum ad rem parum faciat. Hos oportebat esse vitæ inculpatissimæ, de qua, antequā iudicibus possent adsidere, apud quingentos viros prytanes primum; secundo inter Ariopagitas, quovis volente per præconem (ut iam à me est notatum) ad accusandum admisso, rationem reddidisse oportebat. Caussa tam severæ perquisitionis erat, quod res periculi plenas, & in quibus maxima fide opus est, tractarent, nempe iudicū sententias, quas unum verbum omissum, mutatum, alio translatum, aut scriba celerrime excipiente additum, poterat evertere, inque contrarium trahere, aut saltem partem à iudicis mente multum abducere. Erant itaque veluti scribæ observatores, dispuñtoresque eorum quæ transcripsisset distante iudice. Non

N. 5. possum

possum hic non admirari patien-  
tiam nostram, qui alamus quoti-  
die in curiis sexcentos nebulones  
fescuncialibus literis libellos ita  
augentes lucri gratia, ut quod  
decem aut duodecim versus vix  
impleat, in integrum quaternio-  
nem transeat, & extendatur: ta-  
men quum videam, leges contra  
illatos latas à nemine magistratu  
habente curari ut observentur,  
vereor ut stipendium quod alio-  
qui consularium virorum advo-  
catorum & procuratorum ser-  
vis daretur, inde sarciri facile o-  
mnes velint, patienturque. ita-  
que alio progredior.

## CAP. XXVII.

De apparitoribus, & illis quos  
Graci etiayetēs dicunt.

**N**isi maior dignitas, & ma-  
gistratu numerus, me or-  
dinem

ATP  
dinem inst-  
set, & que  
sed locor  
tione scri-  
erant him  
potius, in  
adscriben-  
ius vocan-  
cusāntem  
vero singu-  
& nomina  
adscripta,  
menque  
videtur  
illorum q  
dictiatio  
officiū ho  
dictos pli  
mus, tai  
catione i  
vocare li  
initiatui  
in ius vc  
particul  
voce,

dinem institutum servare coëgis-  
set, & quod non litium ordine,  
sed locorum & observationis ra-  
tione scribere ab initio visum est,  
erant hi magistratus, aut munera  
potius, in ipso operis exordio  
adscribenda, ut quorum alter in  
ius vocante adversario venire re-  
cusantem compelleret, *εἰσαγωγὴ*  
vero singulis mensibus libellos,  
& nomina litigantium in diatio  
adscripta, senatui offerret, no-  
menque ederet. qua in re mihi  
videtur non esse absimile munus  
illorum quos ostiarios, & au-  
diëtiarios, vulgo dicimus. Primi  
officii homines, servientes vulgo  
dictos plures quam par sit habe-  
mus, tamen sine illorum signifi-  
catione in Gallia neminem in ius  
vocare licet, nisi citatione factis  
initiatum. unde *κλητοί* Græci  
in ius vocare dicunt, ducta *λόγῳ* *κλητοῖς*, id est, ab apparitoribus  
voce, ut item hi *ἐπὶ τῷ κλεῖ*, à  
vocan-

## 204 DE REPUBLICA

vocando scilicet, dicti sunt. Verbum κλητῆς, præterea significat, testes adversum me audio: quod Aristophanes in Nebulis significat;

Tūr ἐμαυτῷ γ' οὐκε τοι κλητής  
τοιν.

Εἰλησ σε κλητῆσθαι.

Mearum certe pecuniarum gratia traham te in ius, testes adversum te auditurum.

## CAP. XXVIII.

Πιεὶ κλητέχον, quos coloniis descendis præfectos dicere possumus.

**R**ATIO (ut sum proxime præfatus) dignitatis magistratum, aut, si illa decesset, maior numerus, me coëgit eum servare ordinē qui in operis discursu visus est: verum promiscue ut plura

AT  
pluta dicit  
actus, ita  
se offerre  
quaturus  
πίξι color  
Athenien  
nuper con  
bitatas, i  
delectos  
num, &  
dividere,  
que. und  
fortes hal  
mos ut la  
phista ser  
orationis  
in Κύπροις  
Erat, in  
Thraciæ  
siam a  
quam PI  
contine  
υργησε  
ipuis et  
bus ell

plura dicere sum eam ob rem co-  
actus, ita nunc ad finem usque, ut  
se offerent, sum singula prose-  
quuturus. Solebant itaque κλη-  
ρεῖς, colonos in urbes, aut priscae  
Atheniensium possessionis, aut  
nuper conquisitas, non satis ha-  
bitatas, inscribere, destinareque  
delectos, atque agrum regio-  
num, & iuris ipsarum urbium,  
dividere, veluti pro sorte cuius-  
que. unde vox κληρέχων, id est,  
sortes habentium, ducta est. Qui  
mos ut latius pateat, Libanii so-  
phistæ sententiam ex argumento  
orationis Demosthenis οὐδὲν  
εἰς κτηπούσα, adducere visum est.  
Erat, inquit, ea peninsula quæ  
Thraciae adhæret, Athenien-  
sium antiqua possessio, in  
quam Philippi regis tempore ad  
continendam possessionem suos  
κληρέχεις miserant. Mos enim  
ipsis erat, ut qui domi facultati-  
bus essent destituti ( quod per  
Ario-

Ariopagitarum diligentiam à Valerio scriptam atque superius adductam statim resciri poterat) accepto illi cum armis viatico à Républ. in exterias, aut nudas, cultoribusque vacantes, aut recens conquisitas urbes mitterentur. Hæc ille. Quibus ipsis exemplis docemur, quonam hodie sit utendum remedio, ut tantæ populi multitudini, aut per vim, calumniāve, aut per agnatorum multitudinem, aut quodam progenitorum scelere, facultatibus omnibus destitutæ, egregie spiciatur. Eam enim frequentiā populi, etiam illorum quorum maiores virtutis ergo erant laudem nobilitatis consequuti, videmus eousque crevisse, ut una hæreditas (si Caletensium, Aquitanorumque morem, quorum primigenii male fratribus consuissent, excipias) iam ad unicas, redacta, vix possit singulis fratribus.

bus vel hæredis nomen relin-  
quere, & ante paucos annos, nisi  
ingens vetuerit clades, sit nudus.  
relictura nepotes, atque in despe-  
rationem adductara. Prægerea-  
terum omnium venalium con-  
ductitiarumque precia in im-  
mensum aucta, extremaq; omnia  
quæ æquitatis lancem superave-  
re, nos admonent, multitudinis  
& contentionis ergo in deterio-  
rem partem abire omnia. Qua-  
propter quum æmulationis &  
contentionis vitium nunquam  
possit, & nescio si debeat, è medio  
kominum tolli, non impruden-  
ter Principes, & penes quos est  
legum authoritas, meo iudicio  
fecerint, si dato ad iter, & aliquot  
inde annos stipendio, & viatico,  
totam rebus destitutam, & per-  
gere volentem multitudinem in  
terræ novas cultoribus destitu-  
tas mittant. Inde enim diviso-  
inter illos agro novo, aut ex  
quo

æquo, aut pro dignitate, fiscus facile ad principem ex vectigalibus redabit, miseris vero amplissime prospicietur, malis, & proscriptis hominibus, quibus ex rerum defectu peccandi consuetudo est in habitum versa, purgabitur culta regio, nec erit ubi, etiam si maxime velint, furandi intenuerit exercerent consuetudinem. Hac arte olim Athenienses, Lacedæmonios, Græcos, Romanos, Gallos usos legimus. De his aliquando locum mihi dicendi apud Principem cupiebam vehementius, antequam tua prudenter, Poicete, apud eundem impetratum intellexi quod summopere suadere conabar. O felicem Franciscum Regem tali Cancellario, ô feliciorum Cancellarium tali rege: verū utrum, præter dignitatem, magis beatum existimem, ægre sane iudico. Ille literatos literasque excitat

præ-

A  
præmis  
perquid  
Ille iu  
maiū de  
tatem sc  
linon sa  
Francisc  
nibus pr  
utis & l  
lucam  
haberi c  
sessioni  
summop  
mel fini  
inferis  
Veram  
nnitare  
nuam po  
cetera p

A T H E N I E N S I U M . 209  
præmiis, benevolentia: hic illos  
perquirit, evehit ad præmium.  
Ille iustissime imperando, o-  
mniū demeretur animos: is cqui-  
tatem summam observādo, nul-  
li non satisfacit. Tutatur omnes  
Franciscus, pereum Poictus om-  
nibus prospectum curat. Ille vir-  
tutis & literarum omnium abso-  
lutam quandam possessionem  
haberi curavit: is etiam ipsi pos-  
sessioni suum adsignari locum  
summopere contendit. Et ut se-  
mel finiam, Augustum ille, is ab  
inferis Mecœnatem revocavit.  
Verum quum hac eloquendi te-  
nuitate utriusque laudes immi-  
nuam potius, quam augeam, ad  
cætera progredior.

O

C A P .

## CAP. XXIX.

*De ærarii custodibus, quos  
ταπιας Graci dicunt.*

DECEM numero erant ærarii publici dispensatores, qui præsentibus senatoribus viris ex ipso ærario in Palladio, de quo egi, ad servari solito, quantum ipse publici usus necessitates exigerent, desumere solebant, præcipueque in rem nauticam sartam rectamque conservandam, ex qua frequenter non tantum Athenarum, sed torius Græciæ salus pendere visa. Duas vero potissimum naves insigni magnitudine nomine publico curabant, quarum una ἀρρέμος, altera ἄμυνη dicebatur; quanvis non desunt authores qui cum ἀρρέμη ταλαιπόρεα iungant. Præter ærarii dispensationem, Palladis auream imaginem,

A T H E N I E N S I U M . 211  
nem , victoriarum monumenta à  
ducibus data , reliquorumque  
sacrorum ornatum , in publicis  
supplicationibus obviam sena-  
tui euntes deferebant : quod fa-  
ctitari solitum lego ab his quos  
Græci κολακέρτας , ἐφόρες , φύλακες ,  
ταμιέχες , διοικητας vocant . Adse-  
rit vero Harpocration , esse eius-  
dē dignitatis vocabula , inde di-  
cta , quod conderent , servarent ,  
promerent , dispensarent . Inter-  
pres orationis Demosthenis Ταμωκρέτας , ait , locum fuisse in po-  
stica arcis parte , quam αὐχρώπολη  
nominant , hincque dictum οπ-  
θέδημεν , & ταμεῖον , quod omnes  
omnium fanorum pecuniæ eo  
congereretur : ubi ait , contigisse  
aliquando ut à fœneratoribus  
aversæ per Tamias pecuniæ  
desiderarentur , factumque in-  
de ut qui tunc ταμίαι essent , æ-  
tarium incenderent , ne illorum  
apparecerent furta , & negligentia .

O . 2 De-

212 DE REPUBLICA

Dēmosthenēs Philippica tertia  
hos ταῦτας οὐκούσιους, publicos ad-  
servatores, quos vulgus nostrum  
thesaurarios parsimoniæ, aut  
simpliciter vocat: quod vero &  
pecunias suppeditent, prima Phi-  
lippica κωεισὰς ταῦτα dixit.

C A P. XXX.

Nisi illud tamquam, quos Latine  
Gracia questores dice-  
re possis.

TAMIAI me admonuere  
illud tamquam. Quorum mu-  
nus erat eas pecunias excipere,  
& administrare, quæ ex parte  
Græciæ Atheniensibus parente  
colligebantur, ut idem illi in sa-  
cris, quod isti in indictionalibus  
agerent. Pollux ait & insularum  
proventum exigere & excipere  
solitos. Hanc vero tradunt Græ-  
ci authores nominis rationem.

Post

A  
Post  
Persar  
bus,  
dilige  
lamita  
statim  
rissent  
vere, ad  
lis impo  
tricatio  
major i  
abillis c  
stores  
est, Gra  
plicatio  
rodotu  
Themis  
lectore  
sior.

Post navali pugna superatum  
 Persarum regem ab Atheniensi-  
 bus, illi in retinendo imperio  
 diligentissimi, quia caput post ca-  
 lamitatem clademque acceptam  
 statim apud omnes Græcos ere-  
 xissent; cæteris tributa impera-  
 vere, ad persolvendas belli nava-  
 lis impensas, quo communis pa-  
 triæ hostis esset profligatus, quia  
 maior impensæ pars fuisset ante  
 ab illis exposita: itaque illos quæ-  
 stores vocarunt ἄλωπαις, id  
 est, Græciæ quæstores. Latius ex-  
 plicat originem vocis huius He-  
 rodotus in Urania, adfertque de  
 Themistocle historiam: ad quem  
 lectorem remitto, ne sim tædio-  
 fior.

## CAP. XXXI.

*De Hellanodicis.*

QUOD eadem in sacris rotius regionis, Atheniēsibus subiectæ, isti curarent, ac præcedentes proxime, in ætario conservando, volui illos subiunctos. Pecunias ergo rerum sacrarum nomine debitas exigebant, ipsique choragis de quibus egi, in impendium sacrorum dabant: quod ipsum à civibus Athenarumque habitatoribus τειτόρχοι, qui & φερέτορες, exigentes, in urbanis sacris & ludis facere consueverant. Sed de his & conventu ἀμφικτυρων amplius dicam in alio opere. Lubet vero nunc quæ desideramus subnectere.

CAP.

## CAP. XXXII.

*De gynaconomis, qui matronarum cultui, ne modum excederet, praeerant.*

**G**TNAIKO'NOMOI, ant *γυναικονόμοις*, de matronarum primum, postea de omnium mulierum ornatu statuebant, ne ulla ipsarum quicquam se indignum ferret, utque singulæ proportione census & facultatum induerentur, indicta multa ei quæ fecus fecisset, qua statim plecti solebat quæ edicto aut legibus de ea re latis non paruisse. Erat etiam de incessu lex à Philippide quodam lata, ut quæ inhoneste incederet, statim mille drachmis multaretur. Hos fuisse viginti numero scribit Pollux. Veneti quum proxime actis annis viderent, eum in mundo muliebri

sumptum intolerabilem, indeq;  
rei familiaris, in immensum dis-  
pendium crescere, sanxere ne ul-  
la patricii sanguinis mulier, aut  
puella, in publicum veste serica  
induta prodiret, nisi nuptiarum  
die, & quibus nuptiis, convi-  
viisve solennibus, adesse moris  
est: quum alioqui multæ etiam  
humili loco natæ cum reginis  
pompa certare possent. Statuere  
præterea, ne aureum, gemmisve  
ornatum torque, monileve, aut  
cingulum, una ferret, gemmasve  
in annulis gestaret. alterum enim  
horum tantum eligere necesse  
est, aliis carere. Creati ad hanc  
rem magistratus eas cogunt  
multando legis observare præ-  
scriptum. Non dico quam ista  
lex sit nobis necessaria, quum il-  
lis, qui prædia tā sua, quam aliena,  
domios, dignitates, & quic-  
quid undique per fas aut nefas  
corraderet possunt, in humeros &

orna-

ornamentum uxorum & adolescentularum exponere vano more coguntur, sit satis persuasum. Unum id adseverare constanter non dubito, frustra leges conditae & instaurari, nisi funditus evulsæ peccandi origine. quæ quanta in his præcipue sit, qui in foro sunt atque versantur, tantum non ad ossa medullasque exesi miseri litigatores, docent: viri boni, qui hæc ex usu perferte coguntur, deflent. nec enim videre possunt quid tantopere prosit uxori gratissimæ marito ille ornatus, nisi ut amatoribus placeat magis. pudicis enim & probis nil præter molestias adferre potest. Athenæus sexto Dipnosophistarum libro γιωγκονόμῳ officium latius patuisse scribit, ubi de parasito ait. Narrabat Χαιρεπᾶν, aliquando parasitum non vocatum venisse ad convivium; quumque recumberet in ultimo mensæ

Os

loco,

loco, ipsis gynæconomis (quos  
 symposiarchas alio verbo Græco.  
 Latinis magis usitato dicere hic  
 possum) numerantibus, ut moris  
 erat, convivas invitatos, illum.  
 parasitum, ut qui numerum ex.  
 cederet tricenarium præfinitum,  
 discedere iubentibus. Numerate,  
 inquit, secundo, à me incipien.  
 tes. Quod vero mos esset gynæ.  
 conomos convivia inspicere, in.  
 vocatorumq; numerum disqui.  
 rere, si legis servaretur præcri.  
 ptio, Timocles in φιλοδικάστῃ ita.  
 scriptum reliquit. Reserare, ait,  
 portas, ut in luce simus conspicui.  
 magis: ut pertrāsiens, si volet gy.  
 næconomus, numerum capiat  
 convivarum, secundum scilicet  
 legem novam: quod fieri est soli.  
 tum. statimque subdit: Philocho.  
 rus in septimo Attidos ait; Gy.  
 næconomicum Ariopagitis con.  
 gressus hōminum in singulis do.  
 mibus observabant, atque in nu.  
 ptiis,

BLICK  
onomis (quos  
verbo Græco  
ato dicere hic  
ibus, ut moris  
ritatos, illum  
numerum ex-  
o præfinitum,  
is, Numerato,  
me incipien-  
os effet gynæ-  
inspicere, in-  
erum disqui-  
etur præclar-  
philodinā, ita  
Reserata, ait,  
us conspicui  
, si volet gy-  
erum capiat  
lum scilicet  
teri est soli-  
: Philocho-  
s ait; Gy-  
agitis con-  
ngulis do-  
que in nu-  
ptiis,

A T H E N I E N S I U M . 219  
ptiis, & sacrificiis : quoniam illic  
solebant dapibus affatim uti , at-  
que adeo tantum non obrui.  
Hæc Athenæus. Non convenit  
in convivarum numero cum Pla-  
tone. Is enim in nuptiis ultra de-  
cem convivas esse non vult, quin-  
que viros scilicet, & totidem fœ-  
minas. Verum ille rem gestam,  
hic imaginariam , qualis est tota  
illius Respubl., scribit. quapro-  
pter & magistratus illos quos  
Politia exponit nolui attingere;  
ne quis ignorantia, aut negligen-  
tia, id à me factum credat.

### C A P . XXXIII.

Περὶ οἰνοπίθαι, quos bibendi arbitros  
dicere possumus.

**Q**UOS cæteri authores οινό-  
πίθαι dixerunt, id est, vini ob-  
servatores, illos Plato in effectæ  
suæ Respubl. libris μνάμονας vo-  
cavit,

cavit, quod legis credo admonebent. nam sicut gynæconomi, ut paullo ante scripsi, modum in mundo muliebri, convivarum numero, epularum modo, observare cogebant: ita hi itidem in vini usu præscribebant, ut si quis bibendi modum esset supergressus, multa præsente cogeretur parcus alias vino uti. *Quis vero antiquis esset poculorum numerus, nō refert, quum naturæ, non numeri sit habenda ratio.* Morem in ea re apud varias gentes observari solitum si quis scire desiderat, decimum atque undecimum ~~σεπτακοριστῶν~~ Athenæi libros legat, in quibus fere nil aliud tractatur. Magistratus, inquit ille libro X, ὄνομα erant apud Athenienses, teste Eupoli poëta ~~ἐπόλεων~~: quos nunquam adhuc vidimus inter milites ascribi, ne ipsos ὄνομας quidem. O civitas civitas, quam tu es delicate-

licitior, quam melior, ac prudenter! Hæc ad verbum Athenæus. Ex illa Eupolis sententia apparet, antiquitatem militem usque adeo sobrium diligere solitam, atque vini usu carentem, ut ne ipsos quidem vini observatores voluerit eum augere numerum. Quantum vero iuvet vini usu in exercitu carere, satis re ipsa ostendit Turca, qui magna quidem illa multitudine, sobria tamen, vinique usu pœna capitis in exercitu destituta, Græcos tam egregios potores, ut proverbium pergræandi hinc sit natum, Macedones, Thraces, Dacos, Myfios, Pannones, Iugros, Dalmatas, Gepidas, atque adeo ipsos Germanos etiā, vino armorum peritiam iungentes, nostrosque Gallos, docet, rem bellicam infelicius inter posula fœminasque tractari atque delicias, quam intentui mediocritate, vitaque abstemia.

temia. Nostri Thrasones inter pocula, Venerem, rusticos, singuli decem illius viros unico congressu, ne dicam nictu, conficiunt verbis, & interim ille serio, reque ipsa de nobis, aris, focis, liberis, coniugibusque triumphat. Sed ad Athenæum redeo. Hivero οἰνόποι, ait, observabant, quæ in conviviis solerent fieri: si æqualiter biberent convivæ. Erat vero vulgaris magistratus, & tenuis, ut ait Philinus rhetor in Crocanidarum disciplina, triunque virorum numero, qui inde οφθαλμοὶ sunt vocati, oculi, quod non raro quos oculos mentis ipsi convivæ vino victi perderent, hi restituerent monitionibus. Symposiarchæ ab his mihi tantum nomine differre videntur. Huic οἰνοφλύξει, vini helionum pesti, sanctione prospexerat ante duodecim annos Carolus imperator Quintus, statuerat-

tueratque in temulcentos pœnam: verum ex eius lege evenit quod ex divina ait Paulus, ut per legem, quæ semper est peccati filia, peccati fieret augmentum, (ut natura in vétitum nitimur, cupimusque negata) atque à quo esset genita, idem redderet genitum. Nisi enim sint acerrimi legum latarum vindices, illæ ad ostensionem, peccatique revelationem videntur latæ, non ad coercitionem. Leges enim si semel hominum mentibus, vel opinione sola sint imbibitæ, plus poterunt quam ipsissima veritas. Suasit lex Chaldeorum contumere mortem: homines in toto fere orbe sacrificare: quod & hodie apud Barbaros nuper nostro orbi revelatos viger, loco ipsorum animalia divis occisa sacrificare. atque adeo plus valuit falsa persuasio Pharisæorum, & scribarum leges, etiam divinæ refragantes,

gantes, sub adventum Christi, &  
suum, quam ipsa ab ipsissima  
veritate enunciata veritas. Quare  
si lex aliqua est ferenda, est & alē-  
da, consuetudineq; aut vi in usum  
trahenda: alioqui frustra fertur.  
Flandri itaque, & quotquot sunt  
illic Germani, videntur non tan-  
tum neglexisse, sed legis Caroli  
vim auxisse. Veneti vero, quia  
adolescētes patricios videbant rē  
familiarem, cui essent successuri,  
absumere, mercaturam (cui tota  
Italiæ nobilitas studere merito  
mavult, quam aliena diripiendo,  
vanum nudumq; nobilitatis no-  
men prætexere) neglectam relin-  
quere, & præterea rei familiatis  
dispendium decoctionibus, in spē  
& rei familiaris, & amplissimæ  
dotis, ingens facere, indeque sce-  
lera ex cōsortio nebulonum (qui  
facillime in liberrimam totius-  
que orbis felicissime sitam civi-  
tatem irrepunt) contrahere, non  
infie-

infreque[n]ter inde ad laqueum  
 trahi: sanxere una & dotis & epu-  
 larum in conviviis privatis ino-  
 dum , ne privatis epulis poena  
 multæ ultra unum aut alterum  
 capum non impetrata venia ap-  
 ponerent, cum bubula , & verve-  
 cina : neve quantumvis diyes pa-  
 tricius ultra sex millia Ducato-  
 rum aureorum dotis nomine fi-  
 liæ ausit dare, quum antea à te-  
 nuioribus ad sexaginta, quadra-  
 ginta , quinquagintaque M. da-  
 rentur. Ad hæc ns nullus patri-  
 cius ausit filio ante æratem iu-  
 stam dare qua in leges peccare  
 sumptu liceat : Unde factum est,  
 quum sint exacti apud illos no-  
 mophylaces , ut luxus coercere-  
 tur, res , si non fieret amplior,  
 nullum acciperet detrimentum.  
 Prudens hic silentio sepultā ve-  
 lo quam gloriam multæ natio-  
 nes ex vini ingluvie ambient,  
 quum videam , laudi dari , quod  
 P. homo .

homo cum homine, & ipsius e-  
quo, certando certamē ineat bi-  
bendi, vincatque, atque una die  
horaque absumat quod denis iu-  
ste faciat satis. Video enim hæc  
monstra frequenter esse in deli-  
ciis, tantum abest ut pœna sit  
flagitiis illis constituta.

## C. A. P. XXXIV.

*De fori curatoribus, quos  
τημεντάς τῷ εμπορίῳ  
dicunt.*

**F**O R I curatores decem Athe-  
nis fuere, qui pro tempestatis  
annonæque ratione de rerum  
precio statuebant, ut non ven-  
dentiū arbitrio, sed iusto tan-  
tum precio distraherentur: ad  
hæc ne vitiosas loco legitima-  
rum merces exponerent: præter-  
te ne quis civium plus frumen-  
ti rinique quæstus caussa apud se  
repo-

LICA  
& ipsius e-  
um ē in ea bi-  
et que una dū  
ad denisio-  
eo enim hac  
esse in deli-  
ut pœna fū  
ta.

XXIV.

ibus, quas  
paragi

decem Athē-  
tempestatis  
de rerum  
ut non ven-  
ed iusto tan-  
erentur: ad  
o legitimis  
ent prater-  
us frumenta  
issa apud se  
repo-

ATHENIENSIM: 227  
reponeret, quam rerū illius usus  
exposcere videretur. (usque adeo  
privatus illis census erat brevis,  
commune magnū.) quæ vero in  
urbem quotidie supra usum in-  
ferrentur, in horrea publica no-  
mine publico reponi curabant,  
unde iusto precio etiam iniquissi-  
fima temporū ratione egentibus  
civibus depromerent. Nos inte-  
rim non pudet, Christū, ipsiusq;  
dogmata, verbisque amplissimis  
pietatem, charitatē, quæ mater  
& fons est omnium rerum bene-  
gestarum, profitentes, nullis hor-  
reis publicis pauperibus, quos ex  
suo cœlo frequenter eiecamus,  
prospicere: verbis ipsum profiteri  
Euangelium, negligentia autem  
virtutem eius abnegare. Quo-  
modo prospiciant suis Veneti,  
dixi supra. Quanvis omnino de-  
stitutis (à foro enim in quo nil  
possunt, digredior) cœptum sit in  
non paucis Galliæ civitatibus

## 228 DE REPUBLICA

prospici, tamen indies emergenti pauperum turbæ in singulis facile perspici posset, si, quæ inutiliter multi hominum conventus ditissimorum absumunt, in eam rem conferrentur, si, quæ multi monachi occupavere, redderentur, si ex ære publico quæstus re frumentaria & vinaria fieret. proculdubio satis esset unde languenti & semimortuæ pauperum vitæ pararetur quod supplementum laborum ipsorum absolvoret. nec enim censerem, omnibus dandum, sed validos occupandos in publicis privatisve operibus, sumptum ubi facerent suum. morbo vero laborantes, atque aliqua præcipua adque opus utili parte affectos, è publico æratio alendos iudicarem. Munera piorum, donationes ex testamenis, multæ, & varia alia, possent in usum illum comparati. Verum ista ex affectu cogor dicere.

CAP.

EPI  
 del  
 negocia  
 tar, re  
 enim P  
 arbitri  
 his qua  
 blicas i  
 bant, si  
 sententi  
 cus ac si  
 ta fuisse  
 etiam à  
 ut, id e  
 præfet  
 est spec  
 ne ephe  
 Tusc.  
 moniu  
 domen

## C A P. XXXV.

## De Episcopis.

**E**PISCOPI erant ad quos delectus, Provinciarumque negocia, ut Ciceronis verbis utar, referebantur. In singulis enim Provinciis hi velut rerum arbitri constituti perquirebantur de his quae ad iurisdictionem, publicas iniurias, litesque spectabant, si quis illos adire vellet: ac sententiam ferebant, cui non securus ac si à principe magistratu lata fuisset, parebatur. Vocabantur etiam ἀρμοσται aptatores, & φύλακες, id est, custodes; atque εφορεῖται præfetti; εφορᾶ enim & θητικοπέται est speculari, disponere. Nominis ephori usus est Cicero Quæst. Tusc. prima. Quum Lacedæmonius quidam, ait, cuius nomen quidem proditum est,

P 3. mor-

ublica  
idies emerge-  
re in singulis fa-  
ctis, quæ indu-  
am conveni-  
munt, in ean-  
, si, quæ molli-  
ere, reddendo-  
ico quæstus re-  
vinaria, fieri.  
esset undelab-  
eretur pauperum  
ad supplementa-  
rum absolvitur  
rem, omnibus  
occupandos  
sive operibus,  
terent suum.  
antes, atque  
que opus vi-  
publico exi-  
em. Muneri  
ex testamen-  
tia, possenti-  
ari. Verum  
dicere.

Cap.

## 230 DE REPUBLICA

mortem tantopere cōtempserit,  
ut quum ad eam duceretur da-  
mnatus ab ephoris, & esset vultu  
hilari atque lāto , dixissetque ei  
quidam inimicus, contemnisse  
leges , &c. Voce autem Episcopi  
in Pandectis usus est iuriscons.  
tit. de mun. & hono. l. mune-  
rum Episcopi , inquit, qui præ-  
suntpani & cæteris venalibus re-  
bus , &c. Cicero etiam Epistola-  
rum ad Atticum septimo , Ego,  
ait, præsum negocio non turbu-  
lento. vult enim me Pompeius  
esse, quem tota Campania & ma-  
ritima ora habeat Episcopum, ad  
quem delectus & negocii summa  
referatur. A diligentí rerum spe-  
culatione nostris Christianis E-  
piscopis nomen est inditum. qui  
ipſi ut ſint præclaro nomine do-  
nati, video: ut rem ipsam verbis  
conferant, certe in paucis pater.  
Sed quis custodiet ipſos custo-  
des? Hos puerilis ætas, hos infan-  
tia,

tia, hos ambitio, illos cupiditas,  
quosdam fastus aulicus, non pau-  
cos veri odium, consuetudinis  
vitiosæ observatio, prohibet ve-  
rum audire. Improbos nomine-  
que indignos perstrictos volo.  
Quæ itaque iusto & acerbissimo  
dolore motus in eos scripseram,  
quum præclarissimos viros vi-  
deam iam totos mille annos il-  
los commonefaciendo aërem  
verberasse, visum est omittere,  
atque perituræ parcere chartæ. Si  
Esaiam, Ieremiam, Ezechielem,  
doctoresq; omnes non audiunt,  
quid aliud quam crabrones scri-  
bendo irritare possum, quum ar-  
guere melius non possim?

Habes, æquissime Cancellarie,  
meas de magistratibus Athenien-  
sium observationes: quas si abs te-  
probari sensero, me, præterquam  
quod magnum precium operæ  
fecisse videbor, magnamque  
consequutus felicitatem, ad ma-

232 DE REPUBLICA  
sora incitabis. Fiet enim tui iu-  
dicii censura, ne ullus possit tam  
facile carpere ac caluniari quod  
semei probaveris. Si vero quis-  
quam rem ipsam ut minus abso-  
lutam culpare volet, erit labo-  
rum & sudoris mei admodum  
iniquus æstimator. Verum sat  
erit si nostra carpendo, norit nil  
esse ab omni parte beatum. Sed  
hactenus.

E N I S.

I N.

I N D E X

C A P I T U M.

E P I S T O L A nuncupatoria ad  
D. Gulielmum Poietum to-  
tius Francie Cancellarium.  
PAG. 5

A d lectores p r a f a t i o . 13

C A P . I.

D e p o p u l i d i v i s i o n e . 21

C A P . II.

D e t r i b u b u s , & a l i u s p o p u l i p a r t i -  
b u s . 37

C A P . III.

Q u o m o d o e l i g e r e n t u r m a g i s t r a t u s  
A t h e n i s . 43

C A P . IV.

D e A r i o p a g i t a r u m s e n a t u . 45

C A P . V.

D e n o m o g e t h e s . 62

I N D E X

C A P. VI.

- De legum conservatoribus , quos  
Graci , ομοφύλακες dicunt . 66

C A P. VII.

- De quingentum viris . 72

C A P. VIII.

- De arbitris . 83

C A P. IX.

- De trierarchis . 100

C A P. X.

- De undecim-viris . 105

C A P. XI.

- De Decem-viris praesidibus , qui  
Grace ἀρχέτορες vocantur . 111

C A P. XII.

- De subdialibus comitiis , quae Graci  
nisiārē dicunt . 120

C A P. XIII.

- De questoribus Graia voce κατί-  
ηπής vocari solitis . 123

C A P.

C A P I T U M.

C A P . X I V .

De logistis , quos rationum magi-  
stros dicimus . 126

C A P . X V .

De custodibus , quos Graci ἀντηγα-  
φεῖς vocant . 132

C A P . X VI .

De questoribus illis , quos Graci  
demarchos vocant . 135

C A P . X VII .

De questoribus repetundarum ,  
quos Graci διδύμοι dicunt . 144

C A P . X VIII .

De lexiarchicis , peripolis , & ephe-  
bis . 153

C A P . X IX .

De Novemviris una , quos ἀρχοντας  
Graci , id est , Principes di-  
cunt . 160

C A P .

C A P .

C A P I T U M.

C A P. X X.

*De eponymo.* 167

C A P. X X I.

*De Rege.* 170

C A P. X X I I.

*De polemarcho Tribuno militum.*  
176.

C A P. X X I I I.

*De militaribus officiis.* 180

C A P. X X I V.

*De sex Thesmothetis.* 184

C A P. X X V.

*De tribunalibus subselliisue in  
quibus Athenis ius dicebatur.*  
187.

C A P. X X VI.

*De assessoribus, quos Graci  
vocant.* 200

C A P. X X VII.

*De apparitoribus, & illis quos  
Graci.*

I N D E X

Graci eicaywēis dicunt. 202

C A P. XXVIII.

Περὶ καπέλων, quos coloniis deducendis praefectos dicere possumus.

204

C A P. XXIX.

De aerarii custodibus, quos ταμιαῖς  
Graci dicunt. 210

C A P. XXX.

Περὶ ἐλληνοταμιῶν, quos Latine Gra-  
ciae questores dicere possis. 212

C A P. XXXI.

De Hellanodicis. 213

C A P. XXXII.

De gynaeconomis, qui matronarum  
cultui, ne modum excederet,  
praerant. 215

C A P. XXXIII.

Περὶ δινέποντων, quos bibendi arbitros  
dicere possumus. 219

C A P.

INDEX CAPITUM.

CAP. XXXIV.

*De foricuratoribus, quos imulantur  
in iure dicuntur.* 226

CAP. XXXV.

*De Episcopis.* 229.

FINIS.

—  
—  
—

CAPITON.

XXXIV.

ms, quos impuni  
nt:

XXXV.

J I S.

ANT

DIS

P

REP.



rudition  
qae scie  
ginem s  
Cecrop  
ma pot  
sed limi  
enim i  
servieb  
faut. N  
ciis eti  
palo d  
ucique

ANTONI THYSI JC.  
 DISCURSUS  
 POLITICUS  
 D<sup>o</sup>  
 REP. ATHENIENSIMUM

**N**obilissima celeberrimaque Atheniensium Resp., sapientiae illud civilis Prytaneum, eruditio[n]is Oceanus, omniumque scientiarū vasta vorago originem suam Ægyptiis debet, & Cecropem autorem habet. Prima potestas penes reges fuit, sed limitibus suis clausa. Neque enim imperium libidini regis serviebat, sed populo obnoxium fuit. Nam ex vetustissimis judiciis etiam regum causas, à Populo diremptas apparer. Quod uicique summae potestatis insi-

Q

gne

gne fuit. cæteras quippe omnes  
Græciæ regiones, quam latè pa-  
tent, Atheniensium populus &  
animi magnitudine, & immen-  
sa gloriæ cupiditate, & liberta-  
tis æstu semper quam longissi-  
mo intervallo superavit. Ita tan-  
dem vertentibus annis penes  
solum populum omnis constitit  
autoritas. Hactenus tamen re-  
gia autoritas apud omnes in  
summo precio atq; honore fue-  
rat. Quam multum Theseus  
Athenarum rex decimus immi-  
nuit: primus enim dispersos per  
Atticæ regionis vicos ad novam  
Athenarum urbem, quæ incolis  
destituta, libertatis præmio al-  
lexit. Ita circumfusa plebs ex  
agricolis opificumq; grege mi-  
rum in modum civitatem au-  
xit. Cui & ius creandorum na-  
gistratum concessisse ex Iso-  
crate, Pausania, Plutarcho col-  
ligi posse videtur. Electio enim  
magi-

magistratum trium generum fuit, per sortem illi qui iudiciis præerant electi, populare suffragium tribunos militum, imperatores militiæ evehebat. Choragi qui ludis sacris sacrificiisque omnibus præerant, opum potentia creabantur. Ita maxima æqualitas in Rep. constituta est. Per sortem etiam indignissimi præstantibus viris æquabantur. Ne autem soli illi, quos indigos esse constabat, ad iudicandum admitterentur, propter multitudinem iudicum, qui numero quingenti erant, fieri non poterat. Ex tanta enim copia, nonnullos iudicio prudentiaque civili virtute denique præstantes esse oportuit. Penes quos tota iudiciorum consistebat autoritas: cæteri eo contenti, quod non neglecti viderentur. Utique hoc inter Politicos constat, à paucis atque præstantibus me-

lius gubernari Remp. modo cæ-  
teri non contempti videantur,  
atque imaginem suffragii ha-  
beant, quam si omnium virtus  
iudiciumque æquale esset. Non  
semel discordiarum segetem æ-  
mulatio virtutis accedit. Diffi-  
cile cedit, qui se parem existimat,  
sed potius ex invidia optimis  
sæpe aliorum consiliis resistit.  
Ne autem populus paulatim  
conculcaretur à potentioribus.  
repagulum maximum fuit quod  
ipse militiæ supremus imperator  
ex illorum voto eligeretur. In  
cuius potestate præsidia militiæ  
sunt, facile etiam superiorem  
spernit. Nimia tamen hæc po-  
puli potentia in effrenem licen-  
tiam erupit. Non secus enim at-  
que ignis ubi tabulatis adhæsit,  
maximo postea furore etiā ipsa-  
tecta præcipitat, nihil denique  
sibi intactum relinquit, ita erga  
populi libertas nullo rationis  
vincu-

vinculo constringitur, sed legitimam omnem potestatem prosternit & sibi sumit. Quin & illud Atheniensium institutum fuit, quod illi, quorum divitiæ conspicuæ erant, sacrificiis praesent. Ita illi quoque quorum omne deus & gloria non in virtute sed in opum fulgore constebat, etiam sua dignitate non privabantur. Neque à sacrificiis Deorumque immortalium cultu magnum Reip. periculum imminebat. Hunc in modum singulos cives æqualitas fovebat, æqualitatem concordia, concordiam Reip. salus sequebatur. Sed paulatim uti dixi cuncta populus ad se traxit. Abolita enim regia potestate, perpetui primo Archontes, dein decennales, hinc & annui numero novem constituti sunt. Nullæ antea leges scriptæ erant, sed arbitrium magistratus, inter quos sanctissimi A-

reopagitæ , ut mox videbimus ;  
pro lege observabatur. Cum ita-  
que iura paucorum libidini es-  
sent obnoxia , leges primo seve-  
rissimæ à Dracone , dein à Solone  
sapientum anno latæ sunt. Dra-  
co quidem propter nimiam aspe-  
ritatem sanguine leges conscri-  
psisse dicitur. verum Solon sum-  
mus legislator maxima æquitate  
iura Atheniensibus dictavit. Uti  
autem popularem favorem sibi  
acquiretet , de æris alieni re-  
missione , quam οὐτάχθεια , græce  
appellant , legem constituit. Ni-  
mia enim fœneratorum licentia  
plebem conculcabat , & tam  
bona , quam etiam , quod ulti-  
mum esse miseris mortalibus so-  
let , ipsa corpora in servitutē debi-  
ti loco compingebantur. Pa-  
upertas à viro cordato utcunque  
tolerari potest , sed ii , quorum  
pectora generosus spiritus infla-  
vit , facilius vitam quam liberta-  
tem

tem amittunt. Vedit hoc prudenterissimus Solon, atque aure populari velificatus est, primusque septem talenta quæ sibi iure patrimonii debebantur remisit, corporumque ditionem in totum prohibuit. Indignum hoc majestate & gravitate Atheniensium fuit, ob inopiam in servitatem redigi illorum corpora, quorum excelsus divinusque aninus vix intra ipsum corporis carcere se continebat. Deinde ex illo metuendum erat, ne opulentiorum potentia paulatim frangeret oppimeretque populum universum. Itaque opulentissimi sumptus trierarchicos exhibere cogebantur, ut autor est Demosthenes aliiq;. Quippe difficile ii, quorum inopia ad æris alieni necessitatem redacta est, iterū emergunt, sed quotidie magis magisq; usque ad desperationem ultimam debitisi veluti suf-

focantur. Ea lex multum autoritatis legislatori exhibuit ad cæteras leges sanciendas, constituendamque ipsam Remp. Evidenter ipsa multitudo facile obtemperabat, potentiores autem ipsa æquitas naturalis in officio continebat. Deinde ut nobilitatem quoque sibi addictam haberet, lege caucum, id totum arbitrio senatus relinqu, an negotia sibi delata populo referre an suppressimere veller. Ipsa denique plebs à magistratibus annuis cerebatur. Quamvis postea ad illud ius promota, sicuti ab Aristotele & Plutarcho gravissimis autoribus proditum est. Porro antiquissimum sanctissimumque Areopagitarum collegium fuit: quod à Solone quidem institutum Cicero asseruit, sed antiquius fuisse & in meliorem ordinem redactum à Solone Aristoteles maximus Rerum. in dator

gator in Politicis suis afferuit. Ex Novēvirūm collegio sanctissimi quique omnisque expertes suspicionis in hunc senatum eligebantur. Illi in id omnes nervos intendebant, ne quid detrimenti Resp. caperet, mores maiorum avitiq; ritus conservarentur, homicidia consulto patrata vindicarentur, in mores civium suorū animadverteretur. Publicum itaque virtutis seminarium, sceleratorum flagellum certissimum, bonorum tutissimum refugium fuisse, Isocrates inaffetatae eloquentiæ autor nobis tradidit. Tanta ejusdem senatus gravitas, ut in caupona sedisse satis grave crīmē fuerit, ut collegio illo quis excluderetur. Quintilianus itidem tradidit, puerum condemnatum ab Areopagitis, quod coturnicibus oculos eruisset. Perversæ enim atque crudelis indolis signum hoc existimat-

runt religiosissimi iudices. Hunc magistratum perpetuum fuisse ex antiquis constat. Uti enim præstantissimi quique quorum dignitas, sanctimonia, incorruptum iudicium omnium oculis patebant, ad hoc munus eligebantur, ita conducebat Reip. talem magistratum perpetuum esse, cuius tamen autoritas à populo dependebat, multum itidem Principis senatus vim quingentumviri eludebant. Illi autem de summa Reip. ut plurimum definiebant, Areopagitæ publici erant inspectores, & malis consiliis se interponebant. Profecto illud exploratum est, quo maior est potestas, eo periculosius magistratum perpetuum esse. Maxima quidem Areopagitarum sanctimonia atq; autoritas fuit, non itidem potestas. Perpetuum itaque eorum erat manus. Annisi erant magistratus

. THYSIT  
Mimi iudices. Hoc  
perpetuum suum  
constat. Ut enim  
qui que quoniam  
timonia, incom-  
n omniam oculi  
hoc munus elige-  
conducebat Rep-  
ratum perpetuum  
amen autoritas  
lebat, multum in-  
senatus vim qui-  
idebant. Illa-  
Reip. ut plan-  
ant, Areopagita  
spectores, & ma-  
interponebant  
exploratum est.  
potestas, eo pen-  
ratum perpe-  
na quidem A-  
timonia atq;  
n itidem pot-  
itaque eorum  
erant magi-  
stratus

Stratus quingenti, ne continuum  
illorum imperium in Oligar-  
chiam abiret. His prefigiebantur  
Prytanes, atque eorum Prin-  
ceps Epistates, cui annulus o-  
mnis secreti commissus erat, &  
senatui cuncta per eum propone-  
bantur. Illum autem propter  
summam potentiam unius dei  
magistratum habuisse veteribus  
proditum est. Neque bis Epista-  
ta esse licitum fuit. Quingentis nul-  
la aut admodum exigua hono-  
rum solvebantur præmia. Virtus  
sibi præmium censebatur optimum,  
atque omnia in se bona  
continere. Nulliusque adeo rei  
nisi gloriae avari erant. Unde  
oleaginæ coronæ merces omni-  
bus muneribus præponebatur.  
Sed hæc florente Rep. contige-  
re. Labentem ventosa ambitio,  
ærugo pecuniæ pessundere. Et  
si vera velimus fateri, nimia eos  
fortunæ prosperitas perdidit.

Ego

Ego certe ut in Atheniensium Rep. ita in aliis plerisque nimiam fœlicitatem interitui occasionem dedisse video. Sicut enim etiam optimus sanguis in mortalium corporibus si nimius sit putredinem magnasq; febres alit, ita nimis secunda fortunæ faventis aura vitiorum veluti exercitum secum adducit. Tam inania sunt mortalium vota, ut illud ipsum quod appetunt, sape exitii iis causa sit. Porro videbat sapientissimus Atheniensium populus non facile figendas esse refigendasque leges. Nam & ipsæ leges pernicioſæ, si altius subditorum animis inhæferint: utilius est tolerare, quam extirpare. Ne autem leges oblivioni traderentur, vel etiam ut perspiccerent, an mutatio quædam necessaria esset, constitutum est, ut singulis annis omnes leges populo prælegerentur, atque de iis

iis consilium instituerent. Delecti in eam rem Nomothetæ, qui tabulis publice affigebant, si lex abroganda, mutanda, vel nova ferenda esset. nomine populi syndici sive oratores, quorum integritas, iudicium, facundia explorata, ea de re magno molimine atque contentione agebant. Hinc tanta olim oratorum apud Athenienses auctoritas, quia veluti voce populi loquebantur. Ita facile quid utile nec ne Reip. esset consultabatur. Nam recte alibi Aristot. in Politicis dixit, coniunctam multitudinem sapere, separatam non item. Constat ex veterum monumentis, observantissimos semper legum suarum Athenienses fuisse. In quam rem Nomophylacces, id est, legū custodes, prudenter constitutos fuisse Cicero in libr. de Ll. tradidit. Quorum officium erat prospicere ne quid.

ne quid adversus leges ritusve  
maiorum fieret, eos qui iis non  
obtemperabant pœna multare.  
Tanta legum observantia in cau-  
sa fuit, quod cum Resp. Athenien-  
sium admodum tandem popula-  
ris facta esset, tamdiu inconclu-  
sa steterit, ut recte à Thucydi-  
de monitum est. Alioquin mere  
popularis status turbidus, inqui-  
etus esse solet, & non secus at-  
que mare huc atque illuc agita-  
ri. Novo autem & admirando  
modo nonnunquam Athenien-  
ses viros præstantissimos, quo-  
rum virtus & gloria in excelsis  
posita erat, urbe eiiciebant,  
ne illorum potentia atque auto-  
ritas libertati populi noceret.  
Ostracismum illam speciem exi-  
lii veteres vocarunt, quod popu-  
lus testæ suffragium suum inscri-  
beret. Neque vero illa ratio pu-  
niendi admittebatur, nisi sex  
mille concessionem ad minimum  
consti-

constituerent, & qui suffragium ferrent sexaginta annos haberent: ne nimirum temerarium iudicium institueretur. Ita Aristides, qui iusti cognomen habuit, ita Themistocles urbe eie-  
cti. Exilium hoc decennale erat, neque ulla infamiae nota eo in-  
urebatur. Quippe sine ulla causa propter eminentem virtutem, ut plurimum hæc relegatio inflige-  
batur. Nimirum politice pru-  
denterque admodum existima-  
runt, omnem plerumque exi-  
miam potentiam libertati no-  
xiā, atque exactissima quæque  
ingenia ut plurimum res novas  
moliti. Sicuti enim hederæ se-  
quaces primo quidem virgultis  
suis parietes ædificiaq; lambunt,  
paulatimque suprema tectorum  
petunt atque investiunt, tandem  
vero etiam lasciva folia ipso cœ-  
lo viam affectant, ita generosi-  
fimi maximique spiritus paula-  
tim

256 A N T . THYSIT  
tim ut plurimum ad potentiam  
sibi viam sternunt, donec tan-  
dem viribus suffulti eo ascen-  
dant, ut nullus amplius gradus  
honorum supersit quam ipsum  
imperium. Atque hinc quoque  
a Politicis annotatum est, me-  
diocria ingenia exquisitissimis  
aptiora Reip. gubernandæ. Vi-  
dere hoc Athenienses, quorum  
iudicium in civilibus exactissi-  
mū fuit, & in tempore provide-  
runt, ne nimia alicuius autoritas  
Reip. noceret. Difficilius enim  
& periculosius potentia iam con-  
firmata excinditur, quam nova  
tollitur. Porro illud egregie ab  
Atheniensibus quoq; institutū,  
quod omnes, cum magistratum  
finirent, rationem actorum  
Logistis exhibere soliti fuerint.  
Quam legē Plato Lib. xii de Leg.  
& ex eodem M. Tullius Cicero  
prolixè laudarunt. Plurimos e-  
nam impunitatis spes ad crimina  
invi-

invitat. Cum vero reddenda ratio est, cuncti quam maxime sibi cavere solent, ne ullam infamiam sibi suisque contrahant. Logistæ itaque & Euthyni singulis annis Athenis creabantur, qui inquisitione instituta damnabant absolvebantque eos, qui magistratu functi, vel in eo constituti adhuc erant, quales erant Areopagitæ, quorum perpetuum imperium fuisse diximus. Denique omnes publica præconis voce admittebantur ex populo, qui accusationem instituere vellent. Tandem vero ab Heliastis iudicibus re perspecta absolvebantur vel damnabantur. Neque ulla Logistarum sententia, si iniqua videretur, ratio habebatur. Alioquin calumniis Logistarum etiam optimi præstansissimique obnoxii fuissent. Porro nullum inertem atque otiosum esse permisum fuit. Ita tan-

men ne duas simul artes exerce-  
rent, vel quia intentionis acies  
pluribus rebus obtunditur, vel  
ne cives sibi invicem obessent.  
Quin lege cautum, ut Areopagi-  
tæ ignavos corriperent, pœnissq;  
& ignominia multarent. Crede-  
bant quippe cordatissimi morta-  
les, & recte, vitâ in actione consi-  
stere. Ocius enim ingenii vim  
debilitat, spiritus obtundit, &  
veluti longa rubigine lædit, ma-  
las denique artes docet. Aquæ  
quæ non moventur putrescunt.  
Etiam animum remissio deterio-  
rem reddit. Recte Catullus, O-  
cius reges prius & beatas per-  
didit urbes. Hanc itaque pestem  
civitatis recte eliminavit pruden-  
tissimus populus, & lege quoque  
parentes constrinxit, ut artem a-  
liquam liberi addiscerent. Si  
secus factum fuerit, filium pa-  
tri, si necessitas postularet, nulla  
alimenta debere. Qui enim vitæ  
libe-

liberorum non prospexit, indignus quem rebus angustis respiciat filius. contra qui parentibus suis ex merito dignos non exhibuisset honores, magistratu indignum existimabant. Præterea voluit Lex singulos cives in totum Reip. studiosissimos esse. Itaque si publica essent seditionum incendia, & factionibus concuteretur civitas, expresse caustum, ut alicui parti se addicerent. Melius de illa mereri videntur, qui quocunque modo Reip. consulunt. Verum illi qui publicæ salutis securi sunt, & privatis tantum rebus se sollicitant, indigni videntur, quibus aliquis locus vel dignitas in Rep. constituantur. Unde & honoribus movebantur. Quod incendit inflammavitque eorum animos, ne deesse quisque suo officio videretur. Dixi superius, quo pacto Resp. Atheniensium, cum lib.

popularis status omnia perverte-  
ret, tandem incōcussa steterit, atq;  
ostendi, potissimam causam in  
curiosā legum observantiā posi-  
tam fuisse, honorum quoque in-  
solentiam per ostracismum pru-  
denter è medio sublatam. Mune-  
rum autem blandientem viosen-  
tiam ita non admisit, ut corda-  
tissimi mortales, & bonorum &  
vitæ non semel periculum inde  
acceperint. Ut Timotheum, E-  
picratem, alios præstantissimos  
viros præteream, quanto in pe-  
riculo Callias fuit Hipponeci  
filius, qui cum gloriofissimam A-  
theniensibus pacem cum Arta-  
xerxe rege Persarum iniisset, atq;  
à Rege munera accepisse crede-  
retur, vix capitis pœnam evasit.  
Quin etiam ne coronā quidem  
in scio populo ab exteris civitati-  
bus acciperé licitum fuisse testis  
mihi Æschines contra Ctesiph.  
Et revera sæpe munera magis la-  
befa-

befactant invictum populum ,  
quam fortissimæ militū phalan-  
ges. Et qui accipit, quasi donan-  
ti se dedit. Facile frangit etiam  
robusta pectora fatale & debole-  
latum. Omnis itaque corruptio,  
qui etiam quælibet ab hoste ac-  
cepta munera, apud Athenienses  
pœna capitis multabantur , sicut  
ex Demosthene contra Midiam  
apparet. Scribit quoque Dinar-  
chus contra Demosthenem , Im-  
peratoribus exercituum , & O-  
ratoribus , qui vice populi de  
rebus gravissimis consultabant ,  
prolem suppetere debuisse , at-  
que in Attica regione proprium  
fundū habere, si ad ullas digni-  
tates aspirare vellent. Difficilius  
enim illi corrumpuntur, dum de-  
liberis & immobilibus facultati-  
bus sibi metuunt. Quippe pri-  
vata salus eos ad publicam salu-  
tem cohortatur , imo cogit. For-  
tissimum Reip. vinculum privatas  
munera magis  
befa-

facultates cum publicis con-  
iunctas habere. Cæteri contra,  
quibus neque liberi, neque res  
suppetunt, securi sunt publica-  
rum rerum, dummodo facillime  
vitam tolerent, & facile mutare  
dominum, qui meliorem fortu-  
nam sperant. Ubi incendii vis  
proprias ædes prosternit, ubi  
hostium manu tui agri vastantur,  
incitatur singulis ardor ad ho-  
stem propulsandum, & dum sibi,  
etiam simul publico consulunt.  
Præterea longe quoque alacrio-  
res civium animos ad militadum  
publica liberalitas & veræ virtu-  
tis encomium reddiderunt. Si e-  
nim in bello morte aliqui occu-  
berent, quorum fortuna tenuior  
erat, liberi ex publico alebantur,  
donec limitem pubertatis atti-  
gissent. Liberorum plerunque  
amor adurit præcordia, cunctæ  
que curæ præ illis liquefunt.  
Quæ ubi publica autoritate sub-

latæ , singuli , quorum pectora  
fervidus & militaris sanguis im-  
plet, magis vitæ suæ prodigi sunt,  
& securitatem publicam suæ pro-  
ponunt. Accedebat quod per  
publicas laudes funebres virtus  
illorum cineri reposta non ma-  
neret , sed per mortem æternita-  
tem quandam gloriæ adipiscere-  
tur. Recte alibi Poëta dixit, Græ-  
cos nullius rei præter laudis a-  
varos fuisse. Et revera ita magnis  
rebus pares fuere. Nam honesta  
gloriæ cupido in generosis cor-  
poribus fortissime agit. Humiles  
spiritus nulli egregio facinori  
idonei. Verum recte quis il-  
los cum Aristot. ad servitutem  
natos dixerit. Neque honores fu-  
nebres tantum adhibiti , verum  
etiam ex publico sumptu veteri  
instituto terræ committebantur.  
Magnum utique robur bene  
constitutæ Reip. in militia ad-  
versus ingruentem hostium vim.

præmia itaque constituta iis, qui  
Remp. sua virtute iuvissent, supe-  
rius dictum est. Cuncti quidem  
Athenienses anno decimo & o-  
ctavo, quo tempore hos vernan-  
tis ætatis robur atque nervos in-  
tendit usque ad quadragesimum  
annum, cum stata ætas consilio-  
rum maturitatem suggerebat, se-  
se ad militiam accingebant. Vi-  
pianus hoc tradidit ad Olynthia-  
cam tertiam. Vicesimo anno pa-  
triæ suæ iuramentum exhibebat,  
ut ex Stobæo, Polluce, aliisque  
liquet. Qui militiam detrecta-  
bat, publicis arcebatur conven-  
tibus, Deorum immortalium  
templa ingredi vetabatur. Quin  
& ipsam ignaviam punitam  
princeps Atticæ eloquentiæ De-  
mosthenes contra Timocratem  
tradidit. an reste? quis enim for-  
titudinem in manu habet? Cur  
timiditas, si nullus dolus adsit,  
punitur? an æquum naturæ leges  
pon-

ponere? Fortitudinē & ignaviam ab erectiore vel remissiore sanguinis spiritu fieri. Itaque non magis fortis laudādi quam ignavi puniendi. Utique tamen multi hac lege ad virtutem stimulabantur, urgebantur, quibus ultra honesti specie imbutum peccus erat. Verecundia, ut alibi Vegetius, dum prohibet fugere efficit victorem. Atque Æschines tradidit hanc ignaviam punitam, quo cives magis metuentes pœnas legibus constitutas, quam hostem, pro patria fortius pugnare vel etiam gloriose occubere non detrectarent. Illud tamen non probamus quod de Alcibiade tradiderunt veterum monumenta. Eam enim propter res præclare gestas virtutis apud Athenienses acceperat opinionem, ut si alea belli non succederet, accusaretur, quasi victoriam adipisci recusasset. Ita.

refert Plutarchus, accusatum  
quod Andron insulam non oce-  
cupasset, cum devicisset insu-  
lanos. Ita Cimon, quod Mace-  
doniam non transfisset, Miltia-  
des quod Paron insulam non  
occupasset, publice accusati sunt.  
Incerta, vaga est fortuna, neque  
uno in loco semper consistit.  
Desultoria sunt belli momenta:  
sæpe audacia pro fortitudine, ti-  
miditas pro lucro est, nonnaun-  
quam ipsa prudentia pro vicio.  
Itaq; Marti legē ponere, qui nul-  
las leges habet, & semper flu-  
tuat, hominis incōsulti esse arbi-  
tror. Porro & illis qui in militia  
capti postliminio redierant, quos  
Gr̄eci ~~σταθερότημος~~ appellabant,  
hanc inustam ignominiam tradi-  
dit Hesychius, ut ad Eumeni-  
dum sacra accedere prohiberen-  
tur. cur ita? ut infixum illud pe-  
ctori tenerent, aut vincere aut e-  
mori. Atque hinc Plato lib.v.

de LL. ne quidē redimendos cap-  
 tivos voluit. Neque multum iis  
 tribuēdum putavit gentium do-  
 mina Roma. Cum Populus Ro-  
 manus post Cannensem pugnam  
 servorum desideraret auxilia, ca-  
 ptivorum contempsit, & credidit  
 eos magis tueri posse libertatem  
 qui nunquam habuissent quam  
 qui perdidissent, inquit Seneca.  
 Itaq; omni modo Atheniensium  
 populus cives suos non tantum  
 ad ingenii cultum sed ad Mar-  
 tiā quoque virtutem impelle-  
 bat. Neque minor artium li-  
 beralium apud eos cura fuit. Ma-  
 gnis ingeniis honores suos lucu-  
 lentes tribuit Atheniensis Resp.  
 In Panathenæis maioribus rha-  
 psodi Homeri Principis Poë-  
 tarum carmina, è cuius fonte  
 perenni omnis admodum anti-  
 qua sapientia profluxit, quem o-  
 minis eruditiois Oceanū, dicta-  
 storemque perpetuum appellare  
 liceat,

liceat , recitabant. Memoræ  
hoc reliquit , præter Lycurgum  
contra Leocratem , Ælianu s vā-  
riæ historiæ lib.v i i . cap.i . Æ.  
schylo , Sophocli , Euripidi sta-  
tuæ positæ , prohibitumque ne  
tantorum ingeniorum moni-  
menta lingua histrionum macu-  
larentur , sed ut scribæ publice  
Atheniensium populo prælege-  
rent. Vti ex Plutarcho in Ly-  
cargi vita didicimus. Illud ta-  
men admirandum est , in ea civi-  
tate , quæ omnis eruditio nis Prin-  
ceps fuit , aliquando lege cautum  
ne Philosophia doceretur. Quam  
legem Critiam tulisse refert Xe-  
nophon. Præterea illud quoque  
magistratus egregie in officio  
continuit , quod si quid peccas-  
sent , statim de iis exemplum  
sumeretur. Tardiora plebis e-  
rant supplicia. Nimitu magistra-  
tus veluti speculum est , in quod  
totus populus oculos dirigit.

Sicuti

Sicuti autem ex infectis speculis etiam ipsi oculi contagionem quandam contrahunt, ita moribus magistratum infectis faciliter ad alios vitiorum illascabies serpit. Deinde suppliciorum tarditas in iis qui Reip. gubernandæ præsunt, eriam postea occasionē puniendi tollit. Quod maximas dein Reip. difficultates parere solet. Sed hic queritur an non utilius sit Reip. Geometricā aliquam proportionem, ut Icti loquuntur, in pœnis observari. Rectius quidem jus civile pro qualitate personæ vel delicti severius vel clementius in vulgaribus delictis punire solet. Si tamen tale crimen sit quod Reip. egregium detrimentum adfert, etiam pœnæ recte augmentur. Optime dixit Atticæ Eloquentiæ Princeps, idem delictum minus esse si à vulgo nautarum committatur, quam si à gubernatore, à quo

qno maximū periculū imminet,  
ne in vada navis compingat , &  
nudum remigio veloque latus  
ferocieti procellæ obiiciat. Hinc  
etiam iure civili Valentinianus  
& Theodosius I. vn. c. de con-  
duct. lib. II. graviorem inquiunt  
pœnam constituendam in hos,  
qui nostri iuris sunt , ut nostra  
discant custodire præcepta.. Et  
alibi , multo maiore pœna eos  
esse dignos , quibus plurimum  
honoris delatū à se, Theodosius  
rescrispit. Et quidem apud A-  
thenienses eo severitas legum  
in puniendis magistratibus pro-  
cessit, ut Principem ebrium mor-  
te multandum censuerint. Raro  
arcana Reip. latent , ubi vinum  
dominatur. Sed tum maxime  
subsequitur , ut cum poëta lo-  
quar , cæcus amor sui , & tollens  
vacuum plus nimio gloria verti-  
cém , arcanique fides prodiga  
perlucidior vitro. Matrimonia  
quod

NT. THESIIL  
nū periculū immis-  
a navis-compinguit.  
emigio reloque lat-  
rocellæ obiiciat. Huius  
civili Valentinius  
osius l. vñ. c. de co-  
z. graviorē inquin-  
onstituendam in his  
iuris sunt, ut uel  
todore præcepta.  
to maiore pena-  
s, quibus plurimam  
atū à se, Theodosius  
Et quidem apud he-  
co severitas legum  
magistratibus præ-  
cipem ebrium mol-  
m censuerint. Ra-  
latent, ubi vinum  
Sed tum maxime  
ut cum poëia lo-  
amor sui, & tollere  
pimio gloria veri-  
que fides prodigi-  
tro. Matrimonii  
quod

DE REP. ATHEN. 272  
quod attinet, lege Solonis cau-  
cum tradidit Plutarchus, ut spon-  
sa in thalamum deducta malum  
cydonium gustaret, ἡγιεία μηρος,  
inquit Plutarchus, ὅπερ δεῖ λαπτέσθαι  
τος καὶ φωνής χάρις θάρμος τοῦ πρότιτη  
καὶ οἰδεῖς. Nonnullæ leges turpi-  
tudinis merito arguuntur. Inter  
quas præcipua, quod legitima A-  
thenis habita sint cum sororibus  
connubia. Quod tamen cum  
temperamento intelligendum.  
Philo enim Iudæus accuratus au-  
tor recte docuit, Solonem nu-  
ptias fratriis cum sorore consan-  
guinea, non cum uterina vel  
germana, permisisse. Atque ea  
de causa Athenienses Cimonem  
urbem expulisse Andocides in Orat.  
contra Alcibiadem com memo-  
rat. Attamen etiam cum consan-  
guinea sorore illicitus nefarius  
que coitus est. Interea tamen  
hoc notandum est, tales nuptias  
proprie jure gentium non esse  
ince-

incestuosas. Recte enim respon-  
det IC. Paulus in l. ult. ff. de Ritu  
nupt. Iure gentium incestum  
committit qui ex gradu ascen-  
dantium vel descendantium uxo-  
rem duxerit. Utique tamen juri  
naturæ adversari videtur. Quá-  
vis contrarium senserit Hugo  
Grotius. Quid enim? tam pro-  
pinqua sanguinis necessitudo.  
& veluti animæ quædam com-  
munio, nunquid non cunctos  
mortales instinctu veluti naturæ  
absterrèt? Nunquid non fœdum,  
turpe, in proprium quodammodo  
sanguinem truere? Lex ita-  
que illa Solonis merito exhibila-  
tur ab iis, quorum mentem ho-  
nesti niveus candor imbuat.  
Porro illud quoque singulare in  
Rep. Atheniensium fuit, quod  
cogeretur proximus agnatus pu-  
pillam in uxorem ducere. Qua-  
lex plurimas lites & querelas  
plerunque peperit. Si enim pu-  
pilla

S

atque

274 A N T . T H Y S I I  
atque ita difficillime ad matrimoniū se appellere posset, ut publica pecunia pro ratione dignitatis iis cōstitueretur. Et paupertas nulli opprobrio ignominiaeque erat, si virtutis opes eam illustrarent. Quare neque pauperi contumeliis insultare licetum fuit. Ea enim quæ vaga illa instabilisque fortuna moderatur, nostra dicenda non sunt. nam & divitiæ indignis sēpe conferuntur, atque iis quorum animi sordes nullum lixivium purgare possit. Quis Midæ infames divicias honestâ Aristidis paupertate potiores existimet? quamvis hunc ne sepulturæ quidem sumptus reliquissime Plutarchus gravissimus autor memoriæ tradiderit. Illud quoque idem Plutarchus recte reprehendit, quod licitum fuerit uxori, alium ex propinquis ad concubitum admittere, si maritus gignendis liberis non esset

ido-

N. T. THYSI  
 difficultime ad manus  
 sc appellere posset, c  
 ecunia pro ratione  
 s cōstitueretur. Ery  
 lli opprobrio igno  
 at, si virtutis opera  
 it. Quare neque p  
 omelis insultare  
 Ea enim quæ nig  
 ue fortuna modera  
 enda non sunt, nam  
 dignis sape confon  
 tis quorum animis  
 n lixivium purg  
 s Midæ infames dor  
 Aristidis pauperi  
 stimet? quam rishas  
 e quidem sumptu  
 itarchus gravissimis  
 riae tradiderit. Illud  
 n Plutarctus rebus  
 quod licitum fuerit  
 ex propinquis ad  
 dimittere, si man  
 liberis non esse

idoneus. Neque tamen vincu  
 lum matrimonii rumpebatur.  
 Rectius ius civile, quod nostri  
 mores sequuntur, legitimum  
 eo casu devortium introduxit.  
 Illud quoque moris apud Athe  
 nienses fuit, maritum, si ad com  
 munem locū abiret, testamento  
 alteri uxorem tradere. Sicuti De  
 mosthenem Archippam uxorem  
 suam testamento Phormioni  
 servo suo cum libertate reliqui  
 se veteres testantur. Summa ei  
 nim mariti in uxorem semper  
 potestas fuit, atq; eius voluntas,  
 nisi maleficium secum traheret,  
 pro lege observabatur. Quin &  
 ipse Solon in hereditatibus ad  
 eundis potissimum masculorum  
 rationem habuit, fœminis ex li  
 beralitate dotis ut plurimum  
 exigua summa persolvebatur. Id  
 ex Demosthene Oratorum prin  
 cipe liquet. Splendor nimis  
 familiarum in masculis consistit.

Fœminæ aliorum generi per connubia se inserunt. Iniquum gamen, eos, quos Natura ex iisdem parentibus ex eodem sanguine genuit, non habere itidem ius æqualitatis. Sexus Naturam non distinguit. Quin & imbecillitas imperfectioque mulierum magis cōmiseratione quam pœna indigeret. Facilius viri concumulate opes possunt quam fœminæ. Illud quoque singulare apud Athenienses fuit, quod non fuerit licitum frumentum urbe exportare. Ideo Athenis cæsum virgis Athenagorā Cynicum Cicerō tradidit. Idque prohibitum, ne si exportatione res frumentaria in arctum redigeretur, seditio plebis civitatem concuteret. Recte alibi inquit Seneca, nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec uilla prece flestitur populus esuriens. Ibi si multatibus cuncta agitantur, ubi necel-

necessaria deficiunt. Atque hinc etiam antiqui in monopolia frumentariorum quam severissime animadverterunt. Nihil gravius acerbiusque iis qui velutā publicam famem negotiantur, atque ex aliorum calamitatibus sibi messem faciunt. Unde apud Athenienses Aliterii & Sycophantes, qui frumenti sicuumque rationem habebant. Itaque qui monopoliiis annonam flagellari, non tantum vetiti, sed prohibiti quoque plus frumenti quinquaginta phormis coëmeret. Quam legem non observare capitale erat, ut Lyrias & ονταλη, nos docet, eidemq; curè Sito-phylaces præpositos monet, qui si munus iuxta leges non administrarent, capite pœnas luebant. Etiam ilud sapientissime caurum, ne peregrini civium ad se commoda traherent. Artium enim omnium exercitia iis prohibita

hibita, interdicta quoque omnis  
in foro venditio. Quam legem  
laudat Demosthenes εἰ τῷ οὐρανῷ Εὐ-  
τελίδης. Εἴ φίση. Ne autem peregrini  
& cives confunderentur, sum-  
ma semper cura adhibita. Si e-  
nīm peregrinus civis alicuius  
Atheniensis se nuptiis inseruisset,  
bona hastę subiiciebantur, ipse in  
servitutem redigebatur. Testis  
mihi Demosthenes contra Neæ-  
ram. Modestia quoque morum,  
præcipue in fœminis, ne luxu  
diffuerent, lege imperata est. Ve-  
ste tineta vel purpurea Panathe-  
næorum pompam ludosque spe-  
ctare vetitum Lucianus in Nigri-  
no tradidit. Fœminas bigis ad  
Eleusinia sacra ferti prohibi-  
tum. Autor Plutarchus in Lycur-  
go. Tria tantum vestimenta  
cum vasis aliquot exigui pretii  
ad sponsum sponsæ deferre lici-  
etum Plutarchus in Solone com-  
memorat. Sumptuosius quoque  
sepul-

278 ANT. THISI  
 hibita, interdicta quoque omnia  
 in foro venditio. Quam legi  
 laudat Demosthenes à θεοφάνεια  
 Ερίτη. Ne autem peregrini  
 & cives confunderentur, sed  
 ma semper cura adhibita. Si  
 enim peregrinus civis alienus  
 Atheniensis se nuptiis inferire  
 bona hastę subiiciebantur, ipsorum  
 servitutem redigebatur. Tali  
 mihi Demosthenes contra Naso  
 tam. Modestia quoque mora  
 praeipue in fœminis, ne len  
 diffluerent, lege imperata est. Vo  
 ste tincta vel purpurea Panacha  
 ñorum pomparam ludosque sp  
 ñate vetitum Lucianus in Nig  
 no tradidit. Fœminas bigis ac  
 Eleusinia sacra ferri prohibi  
 tum. Autor Plutarchus in Lyce  
 go. Tria tantum vestimenta  
 cum vasis aliquot exigui prece  
 ad sponsum sponsæ defere licet  
 sum Plutarchus in Solone com  
 memorat. Sumptuosius quoque  
 sepulchrum

sepulchrum, quam triduo decem  
 artifices perficere possent, lege  
 vetitum, neque id opere recto  
 rio exornari, neque hermas,  
Gaius lib. IV. ad leg. XII. Tabel-  
laria  
sive Lex XIII. D. finium  
Regund.

Sciendum est, in Actioni  
nium regundorum illud obli-  
vandum esse, quod ad exempla  
quodammodo eius legis fac-  
tum est, quam Athenis Solon  
dicitur

DE REP. ATHENI 323  
dicitur tulisse. Nam illis ita est  
&c.

*Ex Lysia καὶ στοιχῶν.*

Μηδέ τις ἐπειδὴ τῇ φύλῃ πλείστη στορ-  
πενίκοτε φορυῖται σωματεῖται, εἰ μὲν θά-  
ρατος ἵστων ζημία. id est, Nemo in-  
colarum Atheniensium plus fru-  
menti quam quinquaginta phora-  
mas ( ignotum hoc mensuræ ge-  
nus ) coëmito, sin secus faxit,  
morte multator.

*Vlpianus in l. VI. ff. de extraore  
dinariis criminibus:*

Annonam attemptare & vec-  
xare vel maxime Dardanarii so-  
lent, quorum avaritiae obviandum  
est tam mandatis, quam  
constitutionibus. Mandatis de-  
nique ita cavetur: præterea de-  
babis custodire, ne Dardanarii  
ullius mercis sint; ne aut ab his  
qui coëmptas merces suppri-  
munt, aut à locupletioribus, qui  
fructus suos æquis pretiis vēde-

X-2- . reno-

324 ANT. THYSII  
te nollent, dum minus uberes  
proventus expectant, ne annona  
oneretur. Pœna autem in hos  
varia statuitur. nam plerunque  
si negotiantes sint, negotiatio-  
ne lis tantum interdicitur, in-  
terdum & relegari solent, humili-  
iores ad opus publicum dari.

*Quin & omnia Monopolia prohi-  
buit Imp. Zeno in l. VII.*

*C. de Monop.*

Prohibemus, ne quis cuiuscun-  
que vestis, vel piscis, vel pecti-  
num forte, aut echini, vel cuiuslibet  
alterius ad victimum vel ad  
quemcunque usum pertinentis  
speciei, vel cuiuslibet materiæ,  
pro sua autoritate, vel sacro iam  
elicto aut in posterum elicien-  
do rescripto, aut pragmaticâ san-  
ctione vel sacra nostræ pietatis  
adnotatione, monopolium au-  
deat exercere: neve quis illicitis  
habitis conventionibus coniu-

xit

324 ANT. THERON  
ce nollent, dum minores  
proventus expectant, et non  
oneretur. Poena autem in  
varia statuitur. nam plene-  
si negotianees sint, negoti-  
ne lis tantum interdictio-  
terdum & relegati solent, ha-  
bentes ad opus publicum du-

*Quin & omnia Monopolijs  
buit Imp. Zeni in l. vii.  
C. de Monop.*

Prahibemus, ne quis cuius-  
que vestis, vel pilicis, vel  
nom force, aut echini, vel  
liber alterius ad victimam vel  
quemcumque usum pertinente  
speciei, vel cuiuslibet materi-  
pro sua autoritate, vel facio-  
cilio aut in posterum elici-  
do rescripto, aut pragmanici  
actione vel sacra nostre pie-  
adnotatione, monopolium in-  
deat exercere: neve quis illici-  
habisis conventionibus con-

DE REP. ATHEN. 325  
ret aut paciscatur, ut species di-  
versorum corporum negotiatio-  
nis non minoris quam inter se  
statuerint, venundentur, &c. Et  
mox: si quis autem monopolium  
ausus fuerit exercere, bonis pro-  
priis exspoliatus perpetuitate da-  
mnetur exilii.

### Lex Solonis.

*E τατείας ἔχει τοῖς, εἰ μὴ διπολέσσον  
διμόνια γέγενεται. id est, sodali-  
tium habere licitum, nisi contra  
publicas leges peccetur.*

Gaius lib. iv. ad LL. 12. tabb. fuisse  
in l. 4. ff. de colleg. & corpor.

Sodales sunt qui eiusdem col-  
legii sunt, quam Græci ιταείας  
vocant. His autem potestatem  
facit Lex, pactionem, quam ve-  
lint, sibi ferre: dum ne quid ex  
publicâ lege corrumpant. Sed  
hæc lex videtur ex Lege Solonis  
translata esse. Nam illic ita est:

τὰν ἐδῆλος ἡ φρέστερος, ἡ ἵππη ὁργία, ἡ  
τρυμπαὶ, ἡ σύναπτοι, ἡ ὁμόταφοι, ἡ θιάση-  
ται, ἡ ὄπη λιαν ὀιχόμηνοι, ἡ εἰς ῥιποργία  
ὁ, τι ἀν τέτοιο δικιθῶντα φέρεται οὐκέτι,  
κύριον τοῦ ἐαν μὴ ἀπαγορεύσῃ θημότε  
γράμματα. id est, si autem plebs,  
vel fratres, vel sacrorum sacra-  
mentales, vel nautæ, vel confru-  
mentales, vel qui in eodem se-  
pulchro sepeliuntur, aut thiaso-  
τæ, quique simul ad negotian-  
dum proficiscuntur, quicquid hi  
disponent, id firmum sit, nisi hoc  
publicæ leges prohibuerint.

*Lex 1. s. I. Quod cuiuscuniversi.*

Quibus autem permisum est  
corpus habere collegii, societa-  
tis, sive cuiusque alterius eorum  
nomine: proprium est ad exem-  
plum Reip. habere res commu-  
nies, arcam communem, & acto-  
rem sive syndicum, per quem  
tanquam in Rep. quod commu-  
niter agi ferique oporteat, aga-  
tur fiat.\* Arcæ communis Eranos  
sive

DE REP. ATHEN. 327  
five stipes sodalium respondet ac  
pud Athenienses.

*Ex Laërtio in Solonis vita.*

Tòv ἔθνοτοv τὸd ὅπταρῶv μητέλ μη οὐρ-  
οκεῖv. id est, tutor pupilli matrem  
in uxorem non ducito.

*Simile quid in l. xv. de spon-  
salibus.*

Tutor factam pupillam suam,  
nec ipse uxorem ducere, nec filio  
suo in matrimonium adjungere  
potest.

*Lex I. f. I. Quod cuiuscumque*

Quibus autem permisum  
corpus habere collegii, soci-  
cis, sive cuiusque alterius con-  
nomine: proprium est ad em-  
plum Reip. habere res com-  
unes, arcum communem, & a-  
rem sive syndicum, per quo  
tanquam in Rep. quod com-  
municer agi ferique oporteat,  
et ut sit. \* Arcu communis Erat

*E. VII. ad l. Iuliam de Adulterio.*

Qui pupillam suam duxit uxo-  
rem contra Senatusconsultum,  
nec matrimonium est hoc, & po-  
test adulterii accusari qui tutor  
vel curator fuit, & infra vicesimū  
sextum annum duxit uxorem,  
non à patre desponsam vel desti-  
natam, vel testamento denomi-  
natam.

*Ex Lysia pro Eratosthenē.*

Ἐάν τις μοιχεύλαβῃ, δέ τις ἀνέληται,  
ζεῦθεν. id est, Si quis adulterum  
deprehenderit (*in ipso opere.*) de-  
eo statuat quod ipsi lubitum est.

*Nicostratus.*

Καὶ φοβεῖθε τὸ οὐρανόν τῆς μοιχείας, τὴν  
ταύτην μέλει ζῆν καὶ μὴ δυσφέπιθεν.  
id est, Et metuant crimen adul-  
terii, si vitam diligat, neque occi-  
di velit.

*Lex XIII. tabb.*

*Adulterii convictam vir &  
cognati uti velint necanto.*

*Papinianus leg. 20. D. ad l. Iul.  
de Adulter. coercendis.*

Patri datur ius occidendi ad-  
ulterum cum filia quam in po-  
testate habet.

*Constantinus in l. 30. s. fin. ad  
L. Iuliam.*

*Sacrilegos autem nuptiarum*  
glaz.

*Ex Lysia pro Eratop.*  
Εἰσ τοι μηχανή, ἐντὸς τοῦ  
χώρα, id est, Si quis adulterio  
deprehenderit (in ipso opere  
eo statuat quod ipsi labitur).

*Nicostratus.*  
Καὶ φεύγει πάντας τὸν μοιχόν, μὰ ἑξῆς  
τῷ οὐρανῷ μὲν ζῆν τοῦ μὲν σωματοῦ  
id est, Et meruat crimen adulterii,  
si vitam diligit, neque  
di velit.

*Lex XIII. tabb.*  
Adulterii convictum re-  
cognati uti velint necesse.

*Papinianus leg. 20. D. mil.*  
de Adulter. coercenda.  
Patri datur ius occiden-  
tium cum filia quam in  
estate habet.

*Constantinus in l. 30. s. fa.*  
L. Iuliam.  
Sacrilegos autem nuptiam

Fuisse autem modo capitalē, modo  
non capitalē adulterii pœnam apud  
Athenicenses & Romanos, ex anti-  
quis monumētis constat. nam apud  
Demosthenem oratione in Nearam  
alterius quam capitalis pœna fit  
mentio. Ita enim loquitur.

Ἐπιδὴν ἡ ἔλος τὸν μοιχὸν, μὰ ἑξῆς  
τῷ οὐρανῷ σωματοῦ τῇ γυναικὶ. εἰ τὸν  
οὐρανὸν, ἀτίμος ἔσω. μετὸν τῷ γυναικὶ ἑξῆς  
ἔσται τὰ ιερὰ τὰ διμοτελεῖ, ἐφ. ἦ δὲ  
μοιχὸς ἀλῶ. εἰ τὸν οὐρανὸν, νηπονεῖ παχέτεο  
ὅτι ἄν παρθενοῦ, πλεῖστον. id est, Si  
quis autem mulierem in adulterio  
deprehenderit, eām sibi in  
matrimonio retinere licitū non  
est, nisi ignominię notam incur-  
rere velit. Mulieri autē adulteriæ  
non liceat sacra publica adire,  
sin secus faxit, excepta mor-  
te, impune quævis illi pœna ir-  
rogator.

*Ex Antiph.* αὐτὸν τὸν Ηφέδη φέρει.

Χειρὶ τοῦ φερόντος δοκτέντος, Στα-  
χ. 5. πέτρα

τάτης ζημιᾶς. id est, Si quis ho-  
minem consulto occiderit, capi-  
te puniatur.

*Lex Numæ.*

Si quis hominem liberum-  
sciens dolo neci duit, parrici-  
da isto.

*Martianus l. 3. §. legis Cornelie.*

*D. Ad l. Corn. de Sicar,*

Legis Cornelieæ de sicariis &  
veneficis poena, insulæ deporta-  
tio est, & omnium bonorum ad-  
emptio. Sed solent hodie capite  
puniri: nisi honestiore loco pos-  
ti fuerint. vide tot. tit. ad l. Cor-  
neliam de Sicar.

*Ex Demosthene in Aristocra-  
tem.*

Ἐὰν τις δοκτεῖν ἐπέθλοις ἀκούει, οὐ  
οὐδὲ καθελάει, οὐ ἐπιπλέψει ἀγριόστας, οὐ  
του τρικτα μὴ φεῦγει κτείνοντα. id est, Si  
quis aliquem consulto in certa-  
minibus occiderit, vel in itinere  
prostra-

330 ANT. THYM  
τέρπειαν. id est, si quis  
minem consulto occidi-  
te puniatur.

Lex Num.  
Si quis hominem for-  
sciens dolo neci duit, pu-  
da isto.

Mariannus l. 3. S. legi Comi-  
D. Ad. Corn. de Sicar.  
Legis Corneliz de fini-  
veneficis pena, insula de-  
cito est, & omnium bonorum  
emptio. Sed solent hodie  
puniri: nisi honestiore loco  
ti fuerint. vide tot. tit. ad  
neliam de Sicar.

Ex Demosthene in Arijan-  
tem.

E' ἀ τις δοτείνει ἐάθαι την  
δόθειαν, οὐ τολμεῖ αύτην  
την δικαιονομίαν ερεύνην, id ei-  
quis aliquem consulto in ce-  
minibus occiderit, vel in itin-  
eris prolixi

DE REP. ATHEN. 33<sup>x</sup>  
prostraverit, vel in bello impru-  
dens interficerit, ob illam cæ-  
dem fugere quis non tenetur.

Vlpianus l. 7. §. Siquis in coll. D.  
ad leg. Aquil.

Si quis in colluctatione, vel  
in paneratio, vel pugiles, dum  
inter se excentur, alius alium  
occiderit: si quidem in publico  
certamine alius alium occide-  
rit, cessat Aquilia. Quia glo-  
riæ causa & virtutis, non iniu-  
riæ gratia videtur damnum da-  
rum.

Idem l. 9. §. finali. d. tit.

Si per lusum iaculantibus, ser-  
vus fuerit occisus, Aquiliæ locus-  
est. Sed si, quum alii in campo  
iacularentur, servus per eum lo-  
cum transferit, Aquilia cessat.  
Quia non debuit per campum  
iaculatorum iter intempestive  
facere.

332 ANT. THYSII

facere. Qui tamen data opera  
in cum iaculatus est, utique A-  
quilia tenebitur.

*Alphenas, l. 32. §. fin. D. ad legem  
Aquiliam.*

Quum pila complures lude-  
rent, quidam ex his servulum,  
quum pilam percipere conare-  
tur, impulit: servus cecidit, &  
crus fregit. Quarebatur an do-  
minus servuli lege Aquilia, cum  
eo cuius impulsu ceciderat, a-  
gere potest. Respondi, non pos-  
se: quum casu magis quam cul-  
pa videretur factum.

*Item Instit. §. Ac ne is quidem. De  
lege Aquilia.*

Ac ne is quidem lege Aquilia  
tenetur qui casu occidit: si modo  
culpa eius nulla inveniatur. Nam  
alioqui non minus ex dolo quam  
ex culpa quisque hac lege tene-  
tur. Itaque si quis dum iaculis  
Judit,

332 ANT. THYSII  
facere. Qui tamen datur  
in eum iacularus est, quippe  
quilia tenetur.

Alphenas, l. 32. s. fin. D. ill.  
Aquiliam.

Quam pila compulsa  
taret, quidam ex his servis  
quum pilam percipere con-  
tut, impulit: servus eccidi-  
erat fregit. Quarebarat  
minus servi legi Aquilium  
eo cuius impulsu occidera-  
gere potest. Respondi, non  
se: quum casu magis quam  
pa videretur factum.

Item Inst. 5. Ac ne is quidem  
lege Aquilia.

Ac ne is quidem legi Aquili-  
am tenetur qui casu occidit: sed  
culpa eius nulla inveniatur. Ni-  
alioqui non minus ex dolo que-  
re ex culpa quisque hac legi es-  
tur. Itaque si quis dum iacu-  
bit

ludit, vel exercitatur, transcen-  
tem servum tuum traiecerit: di-  
stinguitur. Nam si id à milite in  
eo campo ubi solitus est exerci-  
tari, admissum est, nulla culpa  
eius intelligitur: si alias tale  
quid admiserit, culpæ reus est.  
Idem iuris est de milite, si in a-  
lio loco quam qui ad exercitan-  
dum militibus destinatus est, id  
admiserit. Item, si putator ex ar-  
bore deiecto ramo servum tuum  
transcendentem occiderit: si prope  
viam publicam aut vicinalem id  
factum est, neque proclamavit  
ut casus evitari posset, culpæ reus  
est: sed si proclamavit, nec ille  
curavit præcavere, extra culpam  
est putator. Aequo extra culpam  
esse intelligitur, si seorsum à via  
forte vel in medio fundo cæde-  
bat, licet non proclamavit: quia  
in eo loco nulli extranco ius e-  
rat versandi.

## Ex Demosthene.

Δικάζειν ἐπὶ τῷ βελτίῳ τὸν ἡρόεσθαι  
τοῦ φόνου καὶ τραύματος ἐκ περιόδου, καὶ πορ-  
χαῖς, καὶ φαρμακοῖς, εἰ τὸ δημόσιον  
δέος. id est, Senatus Areopagiti-  
cus iudicet de cæde & vulnere  
ex consulto factō, de incendio,  
venenis, quibus propinatis ho-  
minem aliquem occiderit-

Martianus, L.1.D Ad legem  
Corn. desicariis.

Legc Cornelia de sicariis &  
veneficis tenetur qui hominem  
occiderit: cuiusve dolo malo in-  
cendium factum erit: quive ho-  
minis occidendi furtive facien-  
di causa eum telo ambulaverit:  
quive, quum magistratus esset,  
publicove iudicio præcesset, ope-  
ram dederit quo quis falsum iu-  
dicium profiteretur, ut quis in-  
nocens conveniretur, condem-  
naretur. Præterea tenetur qui  
hominis necandi causa vene-  
num-

*Ex Demosthen.*

Dicitur enim quod si quis dolo  
racinari et testimonio calo-  
neat, et caput in, in re la-  
tice, id est, Senatus Ateni-  
cus iudicet de cede & vi-  
ex consulo facta, de inci-  
venenis, quibus proponit  
minem aliquem occiden-

*Martianus, l. I. D adleg.*

*Corn. de siccariis.*

Lege Cornelia de fru-  
veneficiis tenetur qui homi-  
occiderit: cuiusve dolon-  
cendum factum erit: quare  
minis occidendi furtive san-  
di causa cum celo ambulan-  
quive, quum magistratus ei-  
publicove iudicio praeseter-  
tam dederit quo quis falsum  
dicum proficeretur, ut qui  
nocens conveniretur, conde-  
naretur. Præterea tenetur q  
hominis necandi causa ven-

num confecerit, dederit: quive  
falsum testimonium dolo malo  
dixerit, quo quis publico iudi-  
cio rei capitalis damnaretur.

*Idem Mart. l. 3. tit. eodem.*

Eiusdem legis Corneliae de si-  
cariis & veneficis capite quinto,  
qui venenum necandi hominis  
causa fecerit, vel vendiderit, vel  
habuerit, plectitur. Eiusdem  
legis poena afficitur, qui in publi-  
cum male medicamenta vendi-  
derit, vel hominis necandi cau-  
sa habuerit.

*Martianus, l. I. §. Divus Hadria-  
nus, D. ad leg. Corn. de siccariis.*

Divus Hadrianus rescripsit.  
eum qui hominem occidit, si  
non occidendi animo hoc admis-  
it, absolvit posse: & , qui homi-  
nem non occidit, sed vulnera-  
vit, ut occidat, pro homicida  
damnandum. Et ex re consti-  
tuta-

tuendum hoc. Nam si gladium  
strinxerit, & in eo percusserit;  
indubitate occidendi animo id  
cum admississe: sed si clavi per-  
cusset aut cucuma, in rixa, quan-  
vis ferro percusserit, tamen non  
occidendi animo: leniendam  
peccnam eius qui in rixa casu ma-  
gis quam voluntate homicidium  
admisit.

## Lex-Draconis.

E'ār' mī dōkkētīn' dōm' d'āmāpti, h' dōm'  
mūtēcī; h' i'p' d'ātētī, h' dōm' dōjātī, h'  
dōm' p'ālākī, h' l'w' āv' i'p' "ēkētēgīs p'ā-  
sīn' īx' t'āt' s'ē, e'ka' m'f'ēy'ēr' n't'ēr'ēt,  
Id est, Si quis occiderit depre-  
hensum super uxore, vel super  
sorore, vel super filia, vel super  
concubina, aut ea quam ad su-  
fcipiendos ingenuos liberos ha-  
beat: ob h'āc qui c'ādem fecerit,  
ne exulato.

Vlpianus, l. 23. D. ad legem Iuliam  
de adulteriis coercendis.

Quod ait lex, In filia adulte-  
rum

## *Lex Draconis.*

*E'at ut dicitur ad Iacob, "per me es, et in me es, et tu es in me" (Ioh 14, 9). Hoc etiam dicitur ad Iacob, ut etiam in Iohannes, "vnde tu es? tu es Christus filius?" (Ioh 1, 49). Id est, Siquis occiderit dehensum super uxore, vel sorore, vel super filia, vel concubina, aut ea quamlibet scipiendos ingenuos liberos beat: ob haec qui cedent fere exultato.*

Vlpianus, l. 23. D. ad legem Iuliam  
de adulteriis coercendis.  
Quod ait lex, In filiis adducatur.

L. ead. §. Quod ait.

Quod ait lex, In Continen-  
Y ti- si-

## 338 A N T . T H Y S I I

ti filiam occidat, sicerit accipiens  
dum, ne, occiso hodie adulter-  
o, reservet, & post diem fi-  
liam occidat: vel contra. Debet  
enim prope uno iustu & uno im-  
petu utrumque occidere, æquali-  
ira adversus utrumque sumpta.  
**Quod si** non affectavit, sed, dum  
adulterum occidit, profugit fi-  
lia: & interpositis horis ap-  
prehensa est à patre qui perse-  
quebatur: in continenti videbi-  
tur occidisse.

*Macer l. 24. tit. eod.*

Marito quoque adulterum  
uxoris suæ occidere permittitur:  
sed non quemlibet, ut patri.

*Papinianus, l. 38. D. Ad legem Iul.  
de adult.*

Imperatores Marcus Antoninus  
& Commodus filius rescripse-  
runt, Si maritus uxorem in a-  
dulterio deprehensam, impetu  
tractus

AD REP. ATHEN. 332  
tractus doloris, interficerit: non  
utique legis Corneliae de sicariis  
pœnam excipiet. Nam & divus  
Pius in hæc verba rescripsit A-  
pollonio, Ei qui uxorem suam  
in adulterio deprehensam occi-  
disse se non negat, ultimum sup-  
plicium remitti potest: quum sit  
difficile, iustum dolorem tem-  
perare.

*Draconis Lex..*

Εἰδύ φέρεται ἡ ἀγορά τα βίᾳ ἀδικασθεῖσαί  
θεῖσα αἵμασθόμφος κτείνει, οὐ ποτὲ τιθ-  
έτω.

Id est, Siquidem violentas &  
iniurias manus inferentem, in  
continenti causa defensionis oc-  
ciderit, impune occisus esto..

*Ex Legib. Tabb. XII.*

Si nox furtum faxit, & im ali-  
quis occisit, iure cæsus esto.

*Vlpianus, l. 4. D. ad legem  
Aquiliam.*

Si servum tuum , latronem, insidiantem mihi , occideto , securus ero.' Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.

*Quibus subiungit.*

Lex duodecim tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit : ut tamen id ipsum cum clamore testificetur. Interdiu autem deprehensum ita permittit occidere , si is se telo defendat : ut tamen æque cum clamore testificetur.

*Idem, l.5. tit. eod.*

Sed & si quemcumque alium ferro se petentem quis occiderit, non videbitur iniuria occidisse: &, si metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem,

DE R E P. A T H E N. 34<sup>o</sup>  
tem, quum posset apprehende-  
re, maluit occidere: magis est ut  
iniuria fecisse videatur. ergo &  
Cornelia tenebitur.

Impp. Valent. Theodos. & Arcad.  
l. 1. C. quando liceat unic. se sine  
iudice vindicare.

Liberam resistendi cunctis tri-  
buimns facultatem: ut quicun-  
que militum vel privatorum ad  
agros nocturnus populator in-  
traverit, aut itinera frequentata  
insidiis aggressionis obsederit,  
permissa cuicunque licentia, di-  
gno ilico supplicio subiugetur:  
ac mortem quam minabatur ex-  
cipiat, & id quod intendebat in-  
currat.

Gordianus, l. 2, C. ad legem  
Corn. de sic.

Si quis aggressorem vel quem-  
cunque alium in dubio vitæ dis-  
crimine constitutus occiderit,

X 3 nullam

342 ANT. THYSIL  
nullam ob id factum calumniam  
metuere debet.

• *Idem*, l. 3. tit. eod.

Si quis percussorem ad se ve-  
nientem , gladio repulerit, non  
ut homicida tenetur , quia de-  
fensor propriæ salutis in nullo  
peccasse videtur.

*Gallienus*, l. 4. tit. eod.

Si ( ut allegas ) latrocinantem  
peremisti , dubium non est, eum  
qui inferendæ cædis voluntate  
præcesserat, iure cæsum videri.

*Ex Pausania Historico.*

Τοὺς οἳς τὸν Λαυρὸν ἐλέου κατεφθίζο-  
τας ἀσυλίαν ἔχειν. id est , qui ad a-  
ram misericordiæ fugiunt , ius  
asyli habento.

*Impp. Arcad. & Honorius in l. III.*

*C. de iis qui configiunt ad  
Ecclesiæ.*

Αὐτοῖς χριστιανοῖς αὐτίστησιν οἱ μαρτυ-  
ράντες

γάλη θεοῦ. ἐτός μόνα τῷ θεῖ τυποτατώ-  
εια καὶ τὸν δικτύον γαὸν τὸ πέρασμα τῆς  
τεχνῶν σωματοῦ τειχούμενον, εἰς ἀσφά-  
λεια σωματεῖν τὴν φροσφύγονταν, θεο-  
απίζομεν, ἀλλ' εἴπει καὶ περιχειρέσθαι τούτου  
τυγχάνει, ἔχει τὴν τελευταίαν θυρῶν τῆς  
εἰκλιπτικής, ἐλέους θεωρέον τοῖς φροσφύγοις  
τῇ φροσάπομβη· ὃς τοι μεταξὺ τῶν ταχών, ὃν  
τῷ φροντισμένῳ πρόπτῳ σωματεφερεῖθα-  
σθειγέντα μέρη, ἔχει τὴν φράστων μὲν τοὺς  
δημοσίες τόπους τῆς εἰκλιπτικής θυρῶν, τῶν  
τὸ παρεγκείμενον, εἴ τε ἐν οικίαις, ἢ κήποις,  
ἢ αὐλαῖς, ἢ λαγραῖσι, ἢ ἐν σοαις τυγχάνει,  
τοὺς εἰσθῶντας φροσφύγας, καθ' ὅμοιό-  
τητα τὰ ναοῦ, φυλάπτειν, καὶ μικρέγα τού-  
τοις ιεροσύλους θητέαλλας χειροῖς.

Id est, (*juxta vulgarem  
interpretationem*)

Pateant summi Dei templa-  
timentibus. Non enim sola al-  
taria & oratorium templi cir-  
cumiectum, qui ecclesias qua-  
dripartito parietum septu con-  
cludit, ad tuitiōnēm confugien-  
tium, sancimus esse proposita: sed  
usque ad extremas fores ecclē-  
siæ, quas oratum gestiens po-  
pulus primas ingreditur, confu-  
genti-

344 A N T . T H Y S I T  
gientibus aram salutis esse præ-  
cipimus : ut , inter templum ,  
quod parietum descripsimus cin-  
etu , & post loca publica , & ia-  
nuas primas ecclesiæ quicquid  
fuerit interiacens , sive in cellu-  
lis , sive in domibus , hortulis ,  
balneis , areis atque porticibus ,  
confugas interioris templi vice  
sueatur : nec in extrahendos eos  
conetur quisquam sacrilegas  
manus immittere , &c.

Sed & l.2. tit, eod. Impp. Honor.  
& Theod.

Fideli devotaque præceptio-  
ne sancimus ; nemini licere ad  
Sacrosanctas ecclesiæ cōfugien-  
tes abducere : sub hac videlicet  
definitione, ut, si quisquam con-  
tra hanc legem venire tentaverit,  
sciat se maiestatis criminè esse  
retinendum.

In præcedente autem lege Impp.  
Arcadii & Honorii, que prima est,  
Iudaos

Iudeos hoc configiendi more abutis  
solitos esse dicitur : & adversus  
hunc abusum ita cavetur.

Iudæi , qui reatu aliquo vel  
debitis fatigati , simulant se  
Christianæ legi velle conjungi ,  
ut ad ecclesias confugientes e-  
vitare possint crimina , vel pon-  
dera debitorum : affeantur , nec  
ante suscipiantur quam debita u-  
niversa reddiderint , vel fuerint  
innocentia demonstrata purgati .

*Ex Plutarcho in Solone.*

Κιώνα δακόντε παρογδέραι τοιωφ τηγα-  
πίς ; οὐδὲ υψόν . id est , Canem , qui  
monorderit , catena quatuor cu-  
bitorum vincitum noxæ exhibe-  
to . Hinc apparet Solonem quoque  
proculdubio de quadrupede paupe-  
riem faciente cavisse .

*Institut. Si quadrupes pauperiem  
fecisse dicatur.*

*Animalium nomine quæ ra-  
tione*

346 A N T . T H X S I I  
tione carent , si qua lascivia , aut  
pavore , aut feritate pauperiem  
fecerint , noxalis actio lege duo-  
decim tabularum prodita est.  
Quæ animalia si noxæ dedan-  
tur , proficiunt reo ad liberatio-  
nem : quia ita lex duodecim ta-  
bularum scripta est : ut puta ,  
*Si equus calcitrosus calce percussit ,*  
*aut bos cornu petere solitus cornu*  
*petierit.*

Hæc autem actio in iis quæ  
contra naturam moventur , lo-  
cum habet : cæterum si genita-  
lis sit feritas , cessat actio . Deni-  
que si ursus fugerit à domino ,  
& sic nocuerit : non potest quon-  
dam dominus conveniri : quia  
desit dominus esse , ubi fera e-  
vasit . Pauperies autem est dam-  
num sine injuria facientis da-  
tum . Nec enim potest animal in-  
juriam feeisse dici quod sensu ca-  
ret . Hæc quidem ad noxalem  
pertinent actionem .

Quæ

*Quinet de inanimatis lex lata à  
Dracone ut constat ex De-  
mosth. Orat. in Ari-  
stocratem.*

Ἐάν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σιδηρός, ἢ τι τε-  
τέτον, ἐμπεσὸν πατάξῃ, καὶ τὸν μὴ θελόν-  
τα ἀγνοῦντις, ἀυτὸς ἔστι κακός τὸ τὸ<sup>τὸ</sup>  
φόρον εἰργασμένος, τούτοις ἐπταῦθα λαγ-  
χαστας.

Id est, Si lapis, aut lignum, aut  
ferrum, aut tale quidpiam, de-  
lapsum, percusserit: atque ali-  
quis à quo id coniectum sit igno-  
ret, ipsum vero norit & habeat  
telum quo cædes facta est: his  
rebus in hoc loco iudicium di-  
ctatur.

*Ex Diogene Laertio in Solone.*

Ἐὰν μὴ ἡνα ὁ φθαλμὸν ἔγραπτος ἐπικόψη  
τε ἀντικόπτειν πὺρ δύο. id est, Si quis  
unoculo oculum ciecerit, duos  
amittat. *Ius talionis in genere hic  
tangit.*

Lex

*Lex Decemviralis.*

*Si membrum ruperit, nī cum eo pacit, talio esto.*

*Honorius & Theodosius Aug. in  
l. 17. c. de Accusat.*

*Non est impunita mentiendi libido, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. habuit tamen jus talionis suas difficultates, unde egregie,*

*Gellius lib. xx. cap. I.*

*Nonnulla autem in istis legibus nec consistere quidem (sicuti dixi) visa sunt. Velut illa lex talionis, cuius verba (nisi memoria me fallit) hæc sunt: Si membrum rupit meum, è pacto talio esto. Præter enim ulciscendi acerbitatem, ne procedere quoque executio iuxta talionem potest. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem*

*xumpe.*

ANT. THYSII  
 Lex Decemvirata.  
 membrum ruperit, nunc  
 sit, talio esto.  
 urius & Theodosium Aug.  
 l. 17. c. de Accusat.  
 n est impunita mens  
 cum calumniantes de  
 poscat similitudo imp  
 uit tamen ius talionis  
 tates, unde egregie,  
 Cellius. lib. II. cap. I.  
 nulla autem in ipsis  
 consistere quidem  
 visa sunt. Velut illa  
 , cuius verba (nisi  
 ne fallit) hæc sunt:  
 m rupit meum, è p  
 . Præter enim ulcera  
 citatem, ne proced  
 recutio iuxta talio  
 am cui membrum  
 m est, si ipsi idem  
 rumpere

rumpere per talionem velit: quæ-  
 ro an efficere possit, rumpendi  
 pariter membra æquilibrium: In  
 qua re primum ea difficultas est  
 inexplicabilis. Quid si mem-  
 brum, inquit, alter imprudens  
 ruperit? Quod enim per impru-  
 dentiam factum est, retaliari per  
 imprudentiam debet. Ictus quip-  
 pe fortuitus & consultus, non ca-  
 dunt sub eiusdem talionis simi-  
 litudinem. Quonam igitur mo-  
 do imprudentem poterat imita-  
 ri, qui in exequenda talione non  
 licentiæ ius habet, sed impru-  
 dentiæ? Sed & si prudens rupe-  
 rit, nequaquam patietur, aut al-  
 tius se lædi, aut latius: quod  
 cuiusmodi libra, atque mensura  
 caveri possit, non reperio. Quin-  
 etiam si quid plus erit, aliter-  
 ve commissum, res fiet ridicu-  
 læ atrocitatis: ut contraria  
 actio mutuæ talionis oriatur,  
 & adolescat infinita quædam  
 reci-

*Et mox eod. cap. I.*

Quibusdam autem iniuriis talionem quoque apposuerunt. Quam quidem tu talionem, vir optime, iniquius paulo insectatus es: ac ne consistere quidem dixisti, lepida quadam solertia verborum: quoniam talioni par non sit talio: neque rumpi membrum facile possit, ad alterius rupturæ (ut ais tu) æquilibrium. Verum est, mihiavorine, talionem rarissimam fieri difficilime. Sed Decemviri minuere, atque extinguere volentes huiuscmodi violentiam pulsandi, atque lœdendi talione, eo quoque metu coercendos esse homines putaverunt. Neque eius, qui membrum alteri rupisset, & pacisci tamen de talione redimenda nollet, tantam esse habendam sationem arbitrati sunt, ut an

pru-

ANT. THYII  
procatio talionum.

Et mox ed. cap. I  
nibusdam autem iniuriam  
em quoque apposuit  
m quidem ea talionem  
ne, iniquius paulo inno-  
s: ac ne consistere que-  
i, lepida quadam talio-  
rum: quoniam talio  
tatio: neque romper-  
facile possit, ad alia  
ra (ut ait tu) aequi-  
n est, mihi Phavorim,  
a rarissimam fieri dif-  
ed Decemviri minores  
tinguere volentes ha-  
i violentiam pulsandi  
endi talionem, eo que-  
oercendos esse homi-  
nt. Neque eius  
im alteri rupisset, &  
en de talione redire  
, tantam esse habendam  
arbitrari sunt, ut

DE REP. ATHEN. 351

prudens, imprudensve rupisset,  
spectandum putarent, aut talio-  
nem in eo vel ad amissim æqui-  
pararent, vel in librili perpende-  
rent: sed potius eundem ani-  
mum, eundemque impetum in  
eadem parte corporis rumpendi,  
non eundem quoque casum exi-  
gi voluerunt: quoniam modus  
voluntatis præstari posset, casus  
ictus non posset. Quod si ita est,  
ut dico, & ut ipse æquitatis ha-  
bitus demonstrat, taliones illæ  
tuæ reciprocæ, argutiores pro-  
fectæ, quam veriores fuerunt.  
Sed quoniam acerbum quoque  
esse hoc genus pœnæ putas quæ  
(obsecro te) ista acerbitas est, si  
idem fiat in te, quod tute in alio  
feceris? præsertim cum habeas  
facultatem paciscendi, & non ne-  
cessè sit pati talionem, nisi eam tu  
elegeris. Quod edictum autem  
prætorium de æstimandis iniu-  
tiis, probabilius esse his potest?

Nolo

Nolo hoc ignores , hanc quoque ipsam talionem ad æstimationem iudicis redigi necessario solitam. Nam si reus ; qui de pascisci noluerat, iudicis talionem imperanti non parebat : æstimata lite , iudex hominem pecunia damnabat : atque ita si reo & paetio gravis , & acerba talio visa fuerat , severitas legis ad pecuniae multam redibat.

*Ex AEschine ē τῷ καὶ Κτισθάντος.*

Ἐάν τις αὐτὸν διαχείσθη, τὸν χεῖρα τέτοιο ἀφάνισται πόπλῳ, καὶ χεὶς τὸ σώματος θάπτεται. id est , Qui sibi violentas manus intulit, manus quæ id perpetravit , præciditor, neque eodem cum corpore tumulo sepelitor.

*Vlpianus in l. III. de Bonis  
cor. §. 6.*

Merito qui sine causa sibi manus violentas intulit puniendus est.

ANT. THI*si*  
lo hoc ignorest, haec q.  
ipsam talionem ad re-  
uem iudicis redigere  
tam. Nam si reos, qui  
fascinoluerat iudicis  
erant non parebat: <sup>et</sup>  
iudex hominem per-  
nabat: atque ita fuit  
gravis, & acerba talio-  
ne, severitas legis al-  
nulatam redibat.

Eschine à τῷ Κράτει  
τοῖς αὐτὸς διαχίστη, ταῦ-  
τας οὖν δικαιότητας, ταῦ-  
τας δικαστής. id est, Q[uod]  
tas manus intulit, ne  
perpetravit, p[ro]cedit  
codem cum corpore  
pelitor.

nus in l. III. de Boni-  
cor. §. 6.  
o qui sine causa libe-  
ratis intulit punientur.

AD REP. ATHEN. 353  
est, qui enim sibi non pepercit,  
neque aliis parcet. Vide tot. tit. De  
Bon. Eor.

IC. in l. 6. §. 7. ff. De Remilit.

Qui se vulneravit, vel alias  
mortem sibi conscivit, Impera-  
tor Hadrianus rescripsit ut mo-  
dus eius rei statutus sit: ut si im-  
patientia doloris, vel tædio vi-  
tæ, aut morbo, aut furore aut  
pudore mori maluit: non ani-  
madvertatur in eum, sed igno-  
minia mittatur, si nihil præten-  
dat capite puniatur. Per vinum  
aut lascivia lapsis capitalis po-  
ena remittenda est, & militiæ mu-  
tatio irroganda.

Ex Lysia ἐπιτύχι φίλων  
θυμασίας.

Ἐάν τις φρεγύειν τι προύδωνετ, οὐ ταῦ  
τα σπατόπεδον, θαράτῳ ξυμιᾶσθ. id est,  
Si quis munimentum prodide-  
rit, aut navem aut exercitum,  
morte punitor.

*Ex Vlpiano ad Timocrateam.*

Todē κύτομυλοῦται θαύμαζε.  
id est, Transfugæ morte puni-  
untor.

*Tarruntenus Paternus lib. 2. de Re  
milit. sive leg. vii. ff. De  
Remilit.*

Proditores , transfugæ ple-  
runque capite puniuntur, & ex-  
auctorati torquentur: nam pro  
hoste non pro milite habentur,

*Lex iii. §. x D. de Remilit.*

Is qui ad hostem confugit &  
rediit torquebitur, ad bestiasque  
vel in furcam damnabitur: quam-  
vis milites nihil illorum patian-  
tur.

*Lex iii. Ad l. Iuliam maiestatis.*

Lex duodecim tabularum iu-  
bet cum qui hostem concitave-  
rit , quive civem hosti tradiderit  
capi-

ANT. THYSTI  
Ex Vlpiano ad Timocratum  
c. 100. Transfugz mons p.  
st. &c.  
untenus Paternus lib. 1.1.  
milit. sive leg. vii. f. D.  
Remilit.  
oditores, transfugz  
ue capite puniuntur.  
rati torquentur: nam  
non pro militie habent  
XIII. §. X. D. de Remilit.  
qui ad hostem confisi  
corquebitur, ad bellum  
arcam damnabiturque  
nihil illorum pa-  
. Ad l. Iuliam maiestatis  
quodccim tabularum  
qui hostem concit  
c civem hosti tradidit  
capite puniri. Lex autem Iulia  
maiestatis præcipit cum qui ma-  
iestatem publicam læserit teneri.  
Qualis est ille qui bellis cesserit,  
aut arcem non tenuerit, aut ca-  
stra concesserit, &c.

Lex IV. eod.

Cuiusque dolo malo iureu-  
rando quis adactus est, quo ad-  
versus Remp. faciat. Cuiusve do-  
lo malo exercitus Populi Roma-  
ni in insidias deductus hostibus-  
ve proditus erit, factumve dolo  
malo cuius dicitur, quo minus  
hostes in potestatem Populi Ro-  
mani veniant, cuiusve opera do-  
lo malo hostes Populi Romani  
commeatu, armis, telis, equis,  
pecunia, aliave qua re adiuti-  
erunt, utve ex amicis hostes Po-  
puli Romani siant, cuiusve dolo  
malo factum erit, quo Rex ex-  
teræ nationis Populo Romano  
minus obtemperet, cuiusve ope-

356 ANT. THYSII

tâ dolo malo factum erit, quo  
magis obsides, pecunia, iumenta,  
hostibus populi Romani den-  
cur adversus Rempublicam.

*Ex interpretibus antiquis ad Ari-  
stophanis Plutum.*

*Μὴ ποθέασθαι στρατεία. id est, Ne-  
mo arma oppignorato.*

*Paulus in l. XIV. §. I. D. de Re  
milit.*

Arma alienasse grave crimen  
est, & ea culpa desertioni ex-  
quatur, utique si tota alienavit:  
sed et si partem eorum, nisi quod  
interest: nam si tibiale vel hume-  
rale alienavit, castigari verberi-  
bus debet: si vero loricam, scu-  
tum, galeam, gladium, deserto-  
ri similis est. Timori in hoc cri-  
mine facilius parcetur: armo-  
sumque custodi plerunq; ea cul-  
pa imputatur, si arma militi  
commisit non suo tempore.

*Modestio.*

*Modestinus in leg. III. §. XIII. D. eod.*

Miles qui in bello arma amisit, vel alienavit capite punitur, humane militiam mutat.

*Ex Andociidis Oratione de mysteriis.*

Μή τε παντογένειν, μή τε ἄδικον μή τε δικειον λέγειν. id est, Discordiarum sit sempiterna oblivio, neque fas vel nefas alicui exprobato.

*Simile quid Cicero in usum deduxit, ut testatur Philippi ca. I.*

In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis: Atheniensiumque renovavi veterus exemptum: Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis erat usa civitas illa: atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.

*Ex Solonis lege.*

**E**άτις ἀρτάσηνθίπας γανίκα καὶ  
βίγνται, ζημίας δίκη σφαχμὰς τάξο-  
δει.

**I**d est, Siquis ingenuam mu-  
licem rapiat, vimque ei infec-  
rat, drachmis decem mulctator.  
*Severius Romani puniverunt.*

**M**artianus, l. 5. §. fin. *Ad legem Iul.*  
*de vi publica.*

**Q**ui vacantem mulierem ra-  
puit, vel nuptam, ultimo suppli-  
cio punitur. Et, si pater iniuriam  
suam precibus exoratus remise-  
rit, tamen extraneus sine quin-  
quennii præscriptione reum po-  
stulare poterit: quum raptus cri-  
men legis Iuliæ de adulteriis po-  
testatem excedat.

**J**ustinian. l. unica Cod. *De raptis  
virg. seu vid.*

**R**aptores virginum honesta-  
um, vel ingenuarum, sive iam  
dec.

Ex Solonis leg.

id est, Siquis ingenuam  
em rapiat, vimque ad  
, drachmis decem mulier  
erius Romani punitione  
cianus, l.s. s. fin. Ad leg.  
de vi publica.  
qui vacantem mulierem  
, vel nuptam, ullo modo  
unitur. Et, si patet iniuriam  
precibus exoratus res  
men extraneus sine ut  
ri præscriptione respon  
poterit: quum rapac  
gis Iuliæ deadokeret  
en excedat.

an. l. unica Cod. Den  
virg. seu vid.  
ores virginum homi  
ingenuarum, sive i

DE REP. ATHEN. 359  
desponsatae fuerint, sive non, vel  
quarumlibet viduarum fœmina  
rum, licet libertinæ vel servæ a  
lienæ sint, pessima criminum pec  
cantes capitis suppicio plecten  
dos decernimus.

*Paucis interiectis.*

Et merito mortis damnantur  
suppicio, quum nec ab homici  
dii crimen huiusmodi raptores  
sint vacui. Ne igitur sine vindic  
ta talis crescat insania, sanc  
mus per hanc generalem consti  
tutionem, ut ii qui huiusmodi  
crimen commiserint, & qui eis  
auxilium invasionis tempore pre  
buerint: ubi inventi fuerint, in  
ipsa rapina & adhuc flagrantí cri  
mine comprehensi, & à parenti  
bus virginum vel ingenuarum,  
viduarum, vel quarumlibet fœ  
minarum, aut earum consan  
guineis, aut à tutoribus vel cu  
ratoribus, vel patronis, vel do

360 ANT. THYSII  
minis convicti, interficiantur.

*Draconis lex.*

Πάρτες οι κλέφαντες π., καὶ πέντε  
σμικρὸν ἦ, θανατούμαντον.

Id est, Omnes qui furati quid-  
piam fuerint, etiamsi valde exi-  
gua res sit, morte puniantur.

*Solonis lex.*

Εἰ μόνοι μεθ' ἡμέραν ωταίρη πεντάκοντα  
δραχμάς κλέποι, ἀπαγαγέλλωσι τοῖς ἔπ-  
ειδίζεται. εἰδέ τις γύνετωρ ὅτιοις κλέποι,  
τοῦτον ἴξενται καὶ δυοκτέντρου, καὶ τριῶν  
διάκοντα, καὶ ἀπαγαγέντων ἔνδεκα, οὐ  
βέλοιτο. Τῷδε ἀλόντι σύναι ἀπαγαγεί-  
σιν, ὅτι, ἵγμιντας κατασκόνται, ἵπτον  
τῇ τῇ κλεμμάτῳ, ἀλλὰ Σάρατος τῷ  
Σημίδῳ.

Id est, Siquis interdiu supra  
quinquaginta drachmas furatus  
fuerit, abduci liceat ad Unde-  
cimvitos : sin vero quis noctu  
quidpiam surripuerit, eum & oc-  
cidere, & inter persequendum  
vulnerare, & ad Undecimvitos,  
sicui lubet, abducere fas esto.

*Convi-*

Convicto autem eorum facinorum propter quæ in vincula licet abtripi, non liceat datis vadibus satisfacere pro furtis: sed mors poena esto.

*Cavebat Solon in sequentibus de certis quibusdam furtis: hoc modo,*

Καὶ εἰ τις γένηται Λυκέιος, οὐ οὐδὲ Αὐλαῖος, οὐ οὐδὲ Καισάριος, οὐ μέτεπον, οὐ λαχύθιον, οὐ ἀλλό τι φαντάστητον, οὐ οὐδὲ σκευὴν τι τῷν γένεται τῷν ψυμνασίον υφέλοιτο, οὐ οὐδὲ λιαγέσσον, οὐδὲ δίκαια δραχμάς καὶ τούτοις θάρατον οὐδὲ τῷν ξημιαν.

*Id est, Ac si quis è Lyceo, aut Academia, aut Cynosarge, vestem, aut lagunculam, aut quicquam aliud minimi pretii, aut aliquod vasculum è gymnasiiis aut portubus surripuerit, supra decem drachmas: huic quoque mors poena esto.*

*Sequebatur hac sanctio,*

Εἰ δέ τις ιδιαῖς δίκαιων πλοπής ἀλοίη, οὐ πάρχει μήδη αὐτῷ διπλάσιον δωτίσσαι τὸ τύμπανον, προστιμώσαι δέ οὐδὲν τῷ δικαιο-

362 ANT. THYSI

συνέισθαι τοῖς ἀργυρέσιοις δισμοῖς τῷ κατ-  
πλή, τείνθ' οὐ μέχρις κατάνυκτας ίσας; ὅπει  
ὅρων ἀπαντες αὐτὸν δεδεμένου.

Id est, Siquis vero privato iudicio furti convictus fuerit, ei licere duplum solvere aestimatæ litis: penes vero iudices esse, furem, præter pecuniariam multam, ad quinque dierum totidemque noctium vincula damnare: ut omnes eum vinctum esse videant.

*Ex legibus Platonis.*

Νῦντωρ φῶει εἰσόντα ὅπῃ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἔλθῃ πτεύηται, καθαρὸς ἰστω.

Id est, Si quis furem noctu ingressum ad surripiendas specunias deprehendat atque interficiat, sceleris purus esto.

*Ex leg. Tab. XII*

Si nox furtum faxit, & in aliquis occisit, iure cæsus esto.

Si luci furtum faxit, & in eo deprehensus celo se defenderit,

*iure*

DE REP. ATHEN. 363  
iure cæsus esto. At, qui telo se  
non defenderit, si liber, verbe-  
ratus, ei cui furtum fecerit, ad-  
dicitor: si servus, verberibus af-  
flictor, atque è saxo præcipita-  
tor.

Vlpianus, l. 4. D. ad legem  
Aquiliam.

Lex duodecim Tabularum  
furem noctu deprehensum occi-  
dere permittit: ut tamen id ipsum  
cum clamore testificetur. Inter-  
diu autem deprehensum ita per-  
mittit occidere, si is se telo de-  
fendat: ut tamen æque cum cla-  
more testificetur.

Vlpianus, l. 9. ad legem Corn.  
de sicariis.

Furem nocturnum si quis oc-  
ciderit, ita demum impune fe-  
ret, si parcere ei sine periculo suo  
non potuit.

Ex

*In Justinianus in Auth. 134. cap. 13.*

Pro furto nolumus omnino quodcunque membrum abscindi, aut mori: sed aliter cum castigari.

*Idem in titulo Institut. De obligat. que ex delicto nasc. §. 3.*

Pœna manifesti furti, quadruplici est, tam ex servi quam ex liberi persona: nec manifesti dupli.

*Ex Dione Chrysostomo orat. xv.*

Κατηγορίας δίδωσιν οἱ μοιχέαδες τοῖς, οἱ ἀνθρώποι μη τίνα, οἱ εὐχαριστοῦσις, οἱ τοῖς λέγει στόπες αὐτοῖς. Id est, Accusationem Lex tribuit contra eū qui aliquod probrum alicui obiecerit, quod aperite demonstrare nequeat.

*Arnob. ex Cicerone, lib. 4. de Republ.*

*Siquis occidentaverit, actitaverit,*

DE R.E.P. ATHEN. 365  
rit, sive carmen condiderit quod  
infamiam flagitiumve alteri pre-  
cetur, intestabilis esto.

Sic & Vlp. l. 5. §. Si quis lib. D. de in-  
iuriis & famosis libellis.

Si quis librum ad infamiam a-  
licuius pertinentem scripsere,  
composuerit, ediderit, dolore  
malo fecerit, quo quid corūfie-  
ret, etiamsi alterius nomine e-  
diderit, vel sine nomine: uti de  
ca reagere licet; &, si condem-  
natus sit qui id fecit, intesta-  
bilis ex lege esse iubetur.

Ex Ciceronelib. II. de LL.

De sepulchris autem nihil est  
apud Solonem amplius, quam  
ne quis ea deleat, neve alienum  
inferat: pœnaque est, si quis bu-  
stum, ( nam id puto appellari  
tymbon ) aut monumentum  
aut columnam violaverit, deic-  
cerit, fregerit.

*Paulus in l. ult. ff. de sepulchr.  
violat.*

Rei sepulchrorum, si corpora  
ipsa extraxerint, vel ossa eruerint,  
humilioris quidem fortunæ  
summo suppicio afficiuntur: ho-  
nestiores in insulam deportan-  
tur: alias autem relegantur aut  
in metallum damnantur.

*Imperator Julianus Augustus ad  
Populum in l. v. c. eod.*

Pergit audacia ad busta defun-  
ctorum & aggeres consecratos,  
cum & lapidem hinc movere, &  
terram evertere, & cespitem e-  
vellere proximum sacrilegio ma-  
iores nostri semper habuerint,  
sed & ornamenta quædam tri-  
cliniis aut porticibus auferre de  
sepulchris. Quibus primo con-  
sulentes, ne in piaculum incida-  
contaminata religio defunctorum,  
hoc fieri prohibemus pa-  
na sacrilegii cohibentes.

*Ex Plu.*

## Ex Plutarcho in Solone.

Πάσιν ἔξεστι διατίθεσθαι ὅπως ἀν ιδέλη,  
καὶ μὴ τῷδες τοι γνόποι ἀρρένεις, ἀν μὲν  
μανῶν, καὶ γυναικῶν, καὶ φαριγκῶν ἡ νόσου ἡ  
στεμῶν ἔνεκεν, καὶ πειθόμαθος τῇ γυ-  
ναικὶ. id est, omnibus ius testan-  
di competit, prout placuerit, ni-  
si liberos masculos legitimos  
superstites habeat, vel furio-  
sus sit, vel præ senectute men-  
te attonitus, vel morbo, aut  
veneficio correptus, aut vinculis  
constrictus, aut mulieris blandi-  
tiis vicitus.

Labeo in l. II. ff. Qui testam.  
fac. possunt.

In eo qui testatur, eius tempo-  
ris, quo testamentum facit, in-  
tegritas mentis, non corporis sa-  
nitas exigenda est.

Impp. Diocletianus & Maximia-  
nus in l. III. c. eod.

Scium quidem ætatis vel æ-  
gritu-

368 ANT. THYS. DE REP. AT.  
gritudinem corporis, sincerita-  
tem mentis tenentibus testa-  
menti factionem certum est non  
auferre.

*Ex Demosthene ēi τῷ θεῷ Αὐτοῖς*

*Πολὺ δὲ καθυστέρα τοι, αὐτὸι οὐδείς  
όφλωνάρειν ἀπειπεντεὶς εἰχει. Qui  
alterius bonamala sive administratione  
straverit vel prævaricatus fuerit,  
administratione sua tenetur,  
tanquam si ipse haberet.*

*Lex xxxvii. §: I. D. de Negoti-  
gest.*

Si pecuniæ quis negotium ge-  
rat, usuras quoque præstare co-  
gitur, & periculum eorum no-  
minum quæ ipse contraxit: nisi  
fortuitis casibus debitores ita  
suas fortunas amiserunt, ut tem-  
pore litis ex ea actione contesta-  
tæ solvendo non essent.\* Casum  
tamen fortuitum non præstat, ut  
apparet ex lxxviii c.



Sh2713

363 ANT. THS. DI RE:  
gritudinem corporis, fac-  
tem mentis tenetibus &  
menti actionem certum  
asferre.

Ex Demostheni oratione  
Pro Lycurgus sibi  
diputacionem inter alterius ipsius  
alterius bonamala fide ad  
steaverit vel pravitatem his  
administratione sua non  
canquam si ipse habet.

Lex XXVII. §. I. D. de No  
ges.

Si pecunia quis negoti-  
rat, usuras quoque prae-  
gitur, & periculum com-  
minum quæ ipse contrari-  
fortuitis casibus debitores  
suas fortunas amiserunt, ut  
pore litis ex ea actione con-  
tex solvendo non essent. C  
tamen fortuitum non prae-  
apparet ex lxxmccc.







